



**DFG**

# **Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt**

**Digitalisierung von Drucken des 16. Jahrhunderts**

**DAVIDIS CHYTRAEI || IN || HERODOTVM ||  
COMMENTARIUS || ACCVRATVS:|| et ||  
ARGUMENTA || IN || SINGVLOS LIBROS.|| Ex ore**

...

**Chyträus, David**


**Halle, 1597**


**VD16 C 2630**

**urn:nbn:de:gbv:3:1-126031**



Gl. 25.






DAVIDIS CHTRÆI  
I N  
HERODOTVM  
COMMENTARIUS  
ACCVRATVS:

¶  
ARGUMENTA

I N  
SINGVLOS LIBROS  
Ex ore docentis fideliter excepta,  
nunc primùm in lucem  
eduntur.

PRAEMISSA EST EIVSDEM  
ORATIO,  
De utilitate lectionis Herodoti.



CVM PRIVILEGIO.

HALAE SAXONVM EXCVDEBAT  
Paulus Gräberus.

Sumtibus Henningi Grossi, Cuius & Bi-  
bliopolæ Lipsiensis.

ANNO MDCCCXCVII.

METHODEN  
ZUR  
ANALYSE  
DER  
ORGANISCHEN  
SUBSTANZEN

UNIVERSITÄT  
HALLÉ



ORNATISSIMO  
VIRTUTE ET DOCTRINA  
IUVENI, CHRISTOPHORO  
CÆSARI, Clarissimi & optimi viri,  
Rectoris optimorum studiorum  
in Salinis Saxonis,  
filio;

*Amico suo,*

Vlricus Chytræus  
S. D.

**N**ulla exat in genere hu-  
mano (prater Filij Dei,  
Domini nostri Jesu Chri-  
sti, pro nobis nati, crucifixi & re-  
suscitati, doctrina & miraculo-  
rum expositionem, ab Evangelis-  
tis traditam) Historia amplior  
& admirabilior, omniumq;  
B 2 cogni-

P R Æ F A T I O.

cognitione dignior, quam Mosis  
Originum liber, verbis quidem  
paucis, sed res omnium maxi-  
mas, maximeq; scitu necessariass  
creationem & exordia mundi ac  
generis humani; institutionē Ec-  
clesiæ, & conjugij; lapsum & re-  
parationem primorum hominum;  
causam calamitatum & mortis  
humanae, promissionem de Chri-  
sto, vera religionis originem &  
propagationem, ortus superstiti-  
onum, pœnam diluuij, originem  
& stirpes omnium gentium, ini-  
tia Monarchiarum, propagatio-  
nem promissionis de Christo, &  
Ecclesiæ, in familijs patrum &  
politia.

P R Æ F A T I O.

politia Judaica, & similes, posteritatis memoria breuiter & fidelissimè commendans.

Post hanc Mosis & prophetarum historiam, omnibus, qui extant, rerum gestarum scriptoribus, uarietate, magnitudine & antiquitate rerum ac regnorum; multitudine exemplorum; iudicio, diligentia, fide; & inimitabili ac prorsus diuinâ orationis purissima ac dulcissima simplicitate & suauitate HERODOTVS antecellit. Et si enim Thucydides, Herodoti Musas in Olympijs, summâ cum Ingenij & Eloquentia illius admiratione loquentes audiens, honesta amulatione

P R E F A T I O.

tione ad scribendum accensus:  
Orationes, quæ maximorum in  
Republica consiliorum deliberatio-  
nes continēt, multò plures, & ma-  
iori arte ac cura elaboratas Histo-  
ria sua intexuit: ac verè κτήμα ἐπι-  
ταμι, perpetuum thesaurum, & o-  
mnibus mundi temporibus con-  
gruentem, composuit: tamen, non  
Monarchiarum & regnorum, toto  
ferè orbe principiorum, ut Herodo-  
tus: sed paucarum civitatum  
Græcarum, res uno in bello gestas,  
explicavit. Quem felicissimè no-  
stra aetate, Franciscus Guicciar-  
dinus, in Italica historia, imi-  
tatus est. Cuius, in Senatu Ca-  
roli Imp. Orationes, de Francisco  
Gallia

P R Æ F A T I O.

Gallia Rege ex custodia emittendo, habitas: aut in Senatu Veneto, de societate cum Imperatore vel Gallis ineunda, Fuscarenii & Gritti & Cornelij orationes contrarias: aut in populo Florentino, de forma Reipublica constituenda Soderini & Vespuccij conciones aduersarias cum legimus: Periclem ipsum, vel Hermocratem, Niciam, aliosue Rerumpublicarum Gracarum gubernatores, Thucydidis oratione neruosa, sapientissimis sententijs stipata, & lectissimis verbis, concinnè ac numerose compositis, expolitâ loquentes audire nobis videmur,

P R E F A T I O.

Sed ad Herodotum redeo, ex  
cuius attentâ & sedulâ lectione,  
uberrimos cognitionis rerum &  
verborum, seu sapientia & Elo-  
quentia (qui duo fines sunt studio-  
rum nostrorum precipui) fructus  
studiosi percipimus. Primum enim,  
Eruditionis & sapientia politica  
pars precipua est, omnium mundi  
temporum & Monarchiarum se-  
riem, & Insignes generis humani  
mutationes, in historijs expositas,  
cognoscere; & causas earum, oc-  
casiones, progressus, & euentus  
considerare, & cum negocijs præ-  
sentibus similia ex omni antiqui-  
tate conferre, & futuros inde ca-  
sus prudenter prospicere. Deinde  
cum

P R Æ F A T I O.

cum Regula vitæ, & Normâ con-  
siliorum Actionumq; humana-  
rum omnium, diuinitus nobis pro-  
posita, sit Decalogus, seu Lex Dei  
eterna & immota: HISTO-  
RIÆ, magnâ ex parte nihil ali-  
ud quàm LEGES DEÏ gu-  
bernatricis Imperiorum & vitæ  
privatæ, EXEMPLA illu-  
stria sunt, quæ cum horribiles in-  
iustorum consiliorum & scelerum  
pœnas, & rectè factorum, ac cum  
normâ legis congruentium præmia  
recitent: conspectiora ferè sunt,  
& efficacius animos, quàm nuda  
præcepta, ad amorem Iusticiæ &  
obedientiæ erga leges flectunt, ut re-  
gni Trojani funditus euersi exem-  
plum

a 5

plum

P R Æ F A T I O.

plum, Herodotus ipse, de hac re-  
 gulâ primi Præcepti, toti humano  
 generi concionari inquit, ὡς πῶς  
 μεγάλων ἀδικημάτων, μεγάλαί ἐστιν ἢ αἱ τιμωρίαι  
 παρὰ τῷ θεῷ, quod magnis delictis,  
 magna etiam Pœna à DEO pro-  
 posita sint. Sic in deliberatione  
 de bello, Scythis inferendo, Cræsus  
 suo exemplo Cyrum monet, ne bel-  
 lum non necessarium fiducia pro-  
 pria potentia Ἐπιβουλήν αὐτῶν κινήσει  
 τὰ μοι παθήματα, τὰ ἔοντα ἀχάριστα, μαθήματα  
 γέγονε inquiring. ὡς κινῆσει τῶν ἀνθρωπίνων ὄντων  
 περιγμάτων, περιφερόμενθ δὲ, οὐκ ἔσθ' ἔτι τοῦσ'  
 αὐτοῦσ' εὐτυχίαι. Eodem argumento  
 Xerxi, stultâ ambitione Ἐπιβουλήν αὐτοῦ  
 ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων, Græcis illaturo  
 bellum dissuadet Artabanus,  
 ὅτι φιλέει ὁ θεὸς πάντα τὰ ὑπερέχοντα κολᾶει.  
 Οὐ γὰρ ἔσθ' φρονίαι ἀλλοτρῶν μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑαυτῶν.  
 Sic

P R E F A T I O.

Sic regula ipsa narrationibus passim intertextae sunt.

Magis autem exempla secunda tabula Decalogi, Ethnica historie proponunt, ac ad Quartum preceptum, quod Imperia & obedientiam sancit, & de Magistratum ac Judicum officijs, & poenis docet, sapientissima orationes, de optimo Reipublicae statu, & de omnibus politiarum formis, & singularum vitijs ac morbis pertinent, quas in Senatu Regni Persici habitas, in Thalia recitat. Item Cyri, Dciocis, Darij, Miltiadae, Themistoclis, Aristidae, Pausaniae, & paucorum similium, justitia, bonitate, clementia & fortitudine praestantium gubernatorum exempla:

P R Æ F A T I O.

et Tyrannorū crudelium et super-  
borū, Astyagis, Polycratis, Apryis,  
Xerxis, Pisistrati, Sisamnis, inju-  
sti judicis, cui pellis detracta est,  
& seditiosorū fonum, Aristagora  
& Histia in crucem acti pœna,  
quas ad quintam Decalogi Leo-  
gem, & ad Regulam: Qui gladi-  
um acceperit, gladio peribit: simul  
referre possumus.

Ad præceptum, Non moe-  
chaberis: prima statim pagina,  
qua uagas libidines & raptus mu-  
lierum, causam primam bellis in-  
ter Græcos & Barbaros præbuisse  
narrat: & excidium Troia, &  
trucidati in Gynæceo Macedo-  
nico

P R Æ F A T I O.

nico, Persarum legati lascivi, et  
 s, pœna incestum Xerxis, et ebrietatem  
 u- tem ac incestum Cambysis secus  
 t, ta, accommodentur.

Ad septimum, Glauci Spar-  
 tani historia, depositam apud se  
 pecuniam negantis, in Erato, et  
 i- mirabilis narratio de fure Ægy-  
 ptio, in Euterpe pertinent. Ad o-  
 ctavum, versus oraculi in Erato,

Ἄνδρες δ' εὐεχέες γενεῖν μετόπισθερ ἀμείνων:

Ad nonum et decimum sen-  
 tentia, quæ statim additur,  
 τὸ πρῶτον τὸ δεῦρ, καὶ τὸ τρίτον ἰσορ δῶκεν,  
 monens non tantum externa sce-  
 lera, sed etiam interiores cupidi-  
 tatum flammæ et affectus vitio-  
 sos

P R E F A T I O.

fos, Deo displicere. Jam ad doctrinam de Deo, in prima tabula Decalogi & omnibus libris sacris tradita, auctoritatem & certitudinem in bonis mentibus confirmandam, plurimum valet, quod plurima Herodoti narrationes, ut de Neco Aegypti rege, qui cum Fofia confluit, de Ezechia obfesso à Sennacherib, & diuinitus liberato: de pœna Apriis: de Cyri heroica virtute, & felicitate, Efaia 44. 45. predictas propheticas historijs planè suffragentur. Ostendunt etiam origines religionum Græcarum, quas ab Aegyptijs ortas esse, Herodotus narrat, & literarum ac artium, à Phœnicibus

P R Æ F A T I O.

in Graciam allatarum: Ecclesie  
doctrinam & religionem Chri-  
stianam antiquissimam & pri-  
mam, ideoq; verissimam esse.

Quòd verò ad dicendi facul-  
tatem augendam prodesse Hero-  
doti lectionem proposui: manife-  
stum est, L V M I N A oratio-  
nis precipua & maximè illustra  
esse E X E M P L A historia-  
rum, quæ ad docendum, ad pro-  
bandum, ad delectandum, ad cos-  
piam & ornatum omnem inpri-  
mis valent, & in tota oratione  
velut stella, clarissimè effulgent.  
Deinde formam orationis Hero-  
dotis simplicem, purissimam,  
faci-

P R E F A T I O.

facilem, perspicuam, suauem, &  
sine ullis salebris instar sedati  
amnis fluentem: in linguis  
nobis usitatis, aliquà ex parte  
te imitari, & quantà fieri potest  
facilitate & proprietate res bonas  
explicare, magna laus est. Postre-  
mo ad fontes doctrinae Christi et  
Apostolorum, Graecis literis com-  
prehensa, rectius intelligendos et  
explicandos, Herodoti lectio pro-  
futura est, in quo, unius uocabuli,  
δικαίω, quo in doctrinà Iustificati-  
onis Paulus utitur, circiter vi-  
ginti exempla, pater observa-  
uit, in quibus idem quod justum  
putare, seu justum censere, signi-  
ficat. Quae ad sententiam Pauli,  
de

P R Æ F A T I O.

de imputatione justitia, illustranda, dextrè adhiberi possunt.

Has utilitates, præter voluptatem cognitionis tanta historiarum varietatis, cum Herodoti lectio studiosis adferat: bis eum, carissimus pater meus, in hac Academia, publicè prælegendum suscepit, ac primum quidem, ordine, omnium eius librorum explicationem usq; ad finem deduxit, & historias singulas, ad tempora sua, seu Annos mundi convenientes retulit: unde CHRONOLOGIA Historia HERODOTI & THUCYDIDIS (quam deinceps, præmissa ab exordio mundi prophetica historia serie, ad initium Herodoti

1559.

1560.

1561.

1562.

b

rodeti



P R Æ F A T I O.

Herodoti perveniente: Et adjunctis  
sequentium regnorum rebus, usq;  
ad nostram aetatem pertexuit )  
primū nata, Et à studiosis au-  
1572. de excepta est. Alteram, decen-  
niō post inchoavit, proposita signi-  
ficatione publicā, quam hæreditā-  
rio jure ad me propius, quā ad a-  
lios pertinere judicans, cum negle-  
ctam à plerisq;, inter chartas pa-  
tris latentē reperissem: conserva-  
re Et huic Epistolæ inserere volui.  
Et si autem publicas illas Herodo-  
ti interpretationes, mihi, tum in-  
vitam nondum ingresso, audire  
non licuit: tamen postremis huiusce  
vitæ suæ annis, pater, ex calculo  
Et Arthritide ferè assidue decum-  
bens,

P R Æ F A T I O.

is  
 q̄  
 )  
 i-  
 2-  
 i-  
 2-  
 2-  
 2-  
 i-  
 i-  
 i-  
 i-  
 i-  
 i-  
 n  
 e  
 e  
 o  
 -  
 i-  
 ,

bens, cum nihil agere animus bene  
 à natura institutus non posset, sua  
 etiam, ut agebat, recreationis &  
 voluptatis causa, ut Mentem cu-  
 ris & laboribus & morbis du-  
 turnis fessam ac agram, dulcissimi  
 auctoris lectione reficeret subinde,  
 ac refocillaret: & me, ac alios  
 συμφοιτητα meos, ad hunc intelligen-  
 di & dicendi magistrum aman-  
 dum & cognoscendum invitaret:  
 denique Herodotum, in lecto cubas,  
 aut in Hemicyclo juxta lectulum 1594.  
 sedens, nobis explanare cepit, ac  
 primum ab eo librum, integrum  
 tum exponi, & illustres aliquot  
 sequentium Musarum, Thalia in-  
 primis, Terpsichores & Polymnia  
 b 2                      locos,

P R Æ F A T I O.

locos, non dicam quanto cum fru-  
ctus, summa certe cum voluptate,  
explicari audivi. Ea occasione,  
has in primum Herodoti librum  
Annotationes, ex ore docentis obi-  
ter & strictim exceptas collegi.  
Quas tecum imprimis, & sub tuo  
nomine, cum pluribus etiam alijs,  
parentem hunc Historie sapiens-  
tissimum & suavissimum aman-  
tibus, descriptas typis, communi-  
care volui. Non enim dubito,  
inter ceteros recte sapiendi & be-  
ne dicendi autores, hunc etiam po-  
litissimum formandi iudicij &  
purè ac perspicue loquendi magi-  
strum, tibi à C. L. V. parente tuo  
commendari. Cuiusq; meo Ge-  
nitori

P R Æ F A T I O.

nitori carissimo, cum tuo patre,  
 viro doctissimo, & fideli ac felici  
 & peritissimo formanda juven-  
 te artifice, de studijs literarum  
 preclare merente, & cum patruo  
 tuo magno, viro fortissimo & o-  
 ptimo, PETRO CÆSARE, arte  
 & Marte claro, amicitiam pluri-  
 mis annis eximiam & singula-  
 rem intercessisse sciam: & nos  
~~medaio~~, virtutis & literarum stu-  
 diosos, non fortunarum modo, sed  
 amicorum etiam paternorum hæ-  
 reditatem adire, & socrates jubeat:  
 Tibi quoq; amici paterni filio, no-  
 tus & carus esse cupio, ac ut desi-  
 derij huius & benevolentia erga  
 te mea testimonium haberes; hanc

P R E F A T I O.

ad te Epistolam & libellum misi.  
Quem Tibi, & clarissimo patri  
tuo, cuius ingenium, doctrinam,  
judicium, diligentiam & fidem  
in omni officio, sæpe meus parens  
prædicat, non improbari opto.  
DEVM fontem omnis sapientiæ  
& doctrinæ salutaris oro, ut stu-  
dia nostra regat & provehat, &  
totum vitæ nostræ cursum ad su-  
am gloriam, & aliorum salutem  
gubernet. Datum Rostochij  
Idibus Januarij, Anno 1597.

EPI-

EPIGRAMMA

Ad progymnasian in Herodotum, Græcæ  
Historiæ Principem :

DAVID. CHYTRAEI Filio CHRISTO  
PHOR. CAESARIS Filio  
nuncupatam.

Ἡρόδοτος μῦθας ποτ' ἔδ' ἔξατο, φασὶ χυτράϊος  
Σὺν μῦθοις χριστὸν ξείνιστον Ἡρόδοτον.  
Ἡρόδοτος πῶς βιβλὸν ἔκοισεν μῦθον χυτράϊον  
Ἡρόδοτος οὐδ' αὖτε αὐτὸν ὄψασσε βιβλοῖς.  
Νῦν δ' ὑπὲρ ἀμφοτέρων τῶν Καίσαρος ὑπὲρ κομίζε  
ἴσῃς χυτράϊος, μνημα πατέρων φίλης.

Ὡς ἀγαθὸν ἰκαλοῖς καλὰ πατέρων τέκνα λιπέω  
Λαμπάδατ' εὐκλείης ὄψι γόνουσι φέρειν.

HERODOTVS Musis dedit hospita testas CHYTRAEVS  
HERODOTO & Musis dat bonus hospitium.

HERODOTVM donat libro Dea quæq; CHYTRAEVS  
Cum libris seipsum tradidit HERODOTVS.

Manus utrumq; patrum testans pia fœdera, natus  
CHYTRAEI nato CAESARIS, ecce, dicat.

O dos quanta : boni bonæ si liquere parentes  
Germina : quæ Virtus postera laude beet.

M. Laurentius Rhodomanus P. Cæs.

Academiae Ienensis P. T. Rector

& Professor pub. F.

*F*idite Pierides, quamvis Senium ingruat illis,  
Qui vestros fidâ vosq; tuentur ope.

Nempe remissum veterani in prole, nec heres  
Vnquam aberit patrias promptus inire vias.

Exemplum in medio est : pro CAESARE, proq;  
CHYTRAEO,

Agmina qui oppugnet barbara, natus adest.

6 2

Vivite

*Vivite Semones, vestrumq; videte labores.  
Mox eadem domui fata rogabo mea.*

Henricus Meibomius, Academiæ IW-  
LIAE Vice-Rector, Poëta Cæsa-  
rius, & Professor publicus AUTO-  
Xed'rog F.

AD LECTISS. IUVENES V DAL-  
RICVM CHYTRAEVM, Doct. DAVIDIS,  
Viri summi; & CHRISTOPHORVM CÆ-  
SAREM, M. CHRISTOPHORI,  
Viri. Clariss. FF.

Salvete ò juvenes, cultissima peccora: salve  
CHYTRAE docte, tuq; CÆSAR optime:  
Ambo florentes animis; ætatis ambo;  
Ambo parentibus sati clarissimis;  
Ambo bonis: ambo vestigia nota legentes  
Ad patrium qui tenditis fastigium:  
Pergite sic studijs meritisque extendere fa-  
mam:

*Ætas amat vos hæc sequens mirabitur.*

Zacharias Brendelius, Med. D.  
Profess. in Salanâ pub.

AD  
CL<sup>m</sup> V. M. CHRISTOPHORVM  
CÆSAREM, de nouâ VLRICI CHY-  
TRAEI D. Da. F. in Herodotum  
operâ, suo Filio CHRISTO-  
PHORO dicatâ.

*Ecce renascentes juvenili sædere Musas  
Non jam carentium fata timere senum.*

Herodo.

Herodoti Musæ non jam adsertore carebunt,

Est illis patrium in prole patrocinium.

Hospitium haud Musis deërit, tutusq; receptus è

Est illis natus, quod fuit antè pater.

Magne Sacerdotum princeps CHYTRÆE, sa-

Primitias nati linguâ animoq; tui. [nemus

Tuq; Camenarum vindex, ò CÆSAR, honorè

Gratamur nati succinimusq; tui.

Ille operæ illustris merito famâq; feretur,

Iste patrocini nomine major erit.

Felicem Leti patres tolerate Senectam:

Æternum in nato vivet uterq; suo.

#### A L I V D

Nostra tui donis nati quid carmina poscis?

A nati Musis carmina posce tui.

Aut, quòdigna illo pangamus carmina, nobis

A nato Mulas antè reposce tuo.

Caspar Arnoldi Philos. & Med. D. &

Acad. Jul: Professor deprophe-  
rabam.

**H**istoriæ princeps Græcæ sub CÆSARIS exit

Nomine, nunc titulo clarior Herodotus.

Exit, & huic seculo vernante renascitur, arte

CHYTRÆI; cuius notus ad astra Pater.

Fallor? an Herodoti sub nomine reflorescunt

In Sobole ingenium, fama, decusq; patrum?

In Nato cuius juvenescit gloria, felix

Ô Genitor! mors huic nulla timenda venit.

Salomon Frencelius à Fridenthal

C. P. in inclutâ Iuliâ

Professor Ordinarius.

ELEGIA

In faustum & felix noui anni auspicio:  
cium:

SCRIPTA

AD

Reuerendum, clarissimum, & excellen-  
tiss. Virum, DN D. DAVIDEM  
CHITRÆVM, Theologum  
& Polyistorem:

A

Christophoro Cæsare Saxo-Hal.

**D**um Vetus annus abit, Novus & redit actus  
in Orbem: [die.]

Sunt Vetera, & Noua sunt hoc meditando  
Bifrontis pulcre dulci sub imagine lanis  
signatum veteres quod voluere patres.

Præteritum videt Hic etenim; videt atq; Fu-  
turum:

Euentura simul; quaq; fuere simul.

Præteritum spectas; Getici loca cuncta Tyranni  
Seuitiâ immani, cade repleta truci.

Inde Futura vide; facies tristissima rerum

Occurrens, animum frangere quenq; queat.

Plura nec heu metuenda, nec heu grauiora, vel  
abte [erant.]

Vnquam, quam mala nunc, dum fletit Orbis,

Has inter turbas, media inter & illa pericla,

Imis dum verti summa repente putes:

Nil

Nil aliud, quàm sancta precum suspiria restant,  
Spe plena, atq; fide; tali iterata sono.

Christe veni cito, (Christe veni cito: namq; venire  
Te cito, Sola Salus, Veraq; & Vna salus.

A nobis vnquam nolis o longius ire:

Te siquidem à nobis longius ire, malum.

Te tamen hâc, o Christe, iuuet ratione venire,

Ut vehat in patriam nos tua dextra domum.

Namq; diu satis heu tumidis jaçtatur in vndis,

Extorres patrio, per vada caeca, solo;

Iamq; diu tenebris satis obsepimur opacis,

Errantia obscuris distrahimurq; locis:

Vota sed hâc; properè TE vnum contingere  
portum,

TEq; ortum Auroræ, cerneres; nostra manent.

Turba misella sumus, Stygio lamanda Draconi;

Et Scythico misere præda voranda lupo:

Ipsè gregem validus ni TV tueare pusillum;

Propitiusq; regas; viq; potente regas.

Hostes, Tartareum, Eòum, Latiumq; nefandos,

Quiq; minas spirant, vindice frange manu.

Rumpe moras citò Christe, moras citò rumpe  
molestas.

Da superâ vultus arce videre tuos.

Vultus hos sacros, quib. omnia Christe serenas:

Quos Solos, Vita est Sola, videre, Poli:

Vel leuis intuitus, mortali hoc corpore, quorum

[Et mora nulla] Petro gaudia tanta tulit,

Hospitij oblitus veteris, patriâ in nouâ inhaerens,

Perpetuò Solis optet vt Hicce frui.

Hos vultus, STEPHANO celis quos pandis apertis;  
Pectore, supplicium quando subiret, ouans.  
Hos vultus, PAVLO celis quos pandis apertis;  
Cum nempe hunc legeres organa lecta tibi.  
Hos vultus, nitido Poli ab axe videre Coruscos  
Quos dabis electis, orbe ruente, tuis.  
Sancte Senex, mea sunt vota hæc (sola illa super-  
sunt)

Vota profecta agro pectore; vera tamen.  
Non Deus agrum animum, nec ab hoc pia vota  
profecta,

Temnit: at his magnum pondus inesse finit.  
Adde sed hæc inter: Rerum in discrimine tanto,  
Dum propè Romani flos cadit imperij:

En PRECIBVS melius nunc, quam decernitur AR-  
Ptilibus scædâ in prodicione parum. [MISER]

Ergo preces sancto sanctas qui pectore spargat,  
Ceu solet, hei viuat BALTICVS ILLI SENEX.

Quod Pylus fuit ante Senex in classe Pelasgâ,  
Dardaniæ quando diriperentur opes:

Orbis in hac miserâ quoq; collumione labantis,  
Omnia dum cacum miscet ubiq; chaos:

Cunctarum tristi verè est in imagine rerum  
Nobis facundo NOSTER id ore SENEX.

ILLE diu ut vixit (tria secula; Nestoris annos)  
Bis septem vitæ lustra ferè acta legens:  
(Secula sunt, hominum ætates, nam singula: lu-  
stra

Quatuor; his junctam & quæ Trieterin ha-  
bent)

am, Spitzæ aduersam, & Neccarum fitâ, An. Ch. 1530. 26. Febr.

SIC spacia ut repetat vitæ ILLE priora prioris  
Fulciat & lapsas res prece, ope, arte; precor.

Vitebergæ Kalendis M. Ianuarij, incoan-  
tibus Annum Christi δεκαθρόωνος κη  
φιλοθρόωνος clo. Io. IHC:

QUI populo ferat Vt sancto feliciaq; aquæ  
Efficiat patris LVX & Imago, precor.

## MEDITATIO

DN. D. DAVIDIS CHYTRÆJ  
QUOTIDIANA.

Non est mortale, quod opto.

Θυμὲ βλάψου ἄνω; χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων.

Quod cum illo Ciceronis congruit  
in Somnio:

CELESTIA SEMPER SPECTATO:  
HUMANA CONTEMNITO.

Vive Deo, quantumq; potes, terrestria vita:  
Utq; DEO possis vivere, dilce mori.

Hieronymus in Epistola ad Cyprianum:

Qui se recordatur quotidie esse moriturum,  
contemnit presentia, & ad futura  
festinat.

Cyprianus in Sermon de Mortalitate:

Ejus est mortem timere, qui ad Christum  
nolit ire: Eius est ad Christum nolle ire,  
qui

qui se non credit cum Christo incipere  
regnare. *Idem ibidem :*

Mori timeat, qui ad secundam mortem  
de hac morte transibit. **Q**UAM præposterum  
est, quàmque peruersum, ut cum Dei volun-  
tatem fieri postulemus; quando evocat nos  
& accersit de hoc mundo Deus, non sta-  
tim voluntatis eius imperio pareamus. **E**T  
volumus ab eo præmijs celestibus honorari,  
ad quem venimus intuiti? **Q**uid ergò rōga-  
mus & pētimus, ut adveniat regnum celorum,  
si captivitas terrena delectat? **Q**uon mori-  
mur; ad immortalitatem morte transgredi-  
mur: nec potest vita aeterna succedere, nisi  
hinc contigerit exire: non est exitus, sed  
transitus, & temporali itinere decurso ad  
aeterna transgressus. **Q**uis non ad meliora  
festinet? **Q**uis non mutari & reformari ad  
Christi speciem, & ad celestis gratiæ digni-  
tatem venire citius, exoptet? **Q**uis non  
peregrè constitutus, properet in patriam  
regredi? **Q**UALIS illic celestium regno-  
rum voluptas, sine timore moriendi, & cum  
aeternitate vivendi? quàm summa & per-  
petua felicitas?

*Augustinus de verâ Innocentiâ: 8 lib, de. C.  
D. cap. 11. Mala mors putanda non est, quam  
bona vita præcesserit.*

*Idem: Diu vivere, est diu torqueri, & ad-  
dere dies malos malis.*

Nazi-

Nazianz: Mors corporalis, pijs est natalis  
vitæ æternæ. *Idem:*

Me miserum, quem in cælum omni cele-  
ritate properantem, corpus hoc moratur.

VOTVM EIUSDEM PER-

PETVVM:

Ἐπιεὶ δὲ ὁ, ἔχου δὲ βίωτοιο τέλῳ.

Vivere non vita est; *SANCTE*, sed vivere, vita est:

Vivere da r: etc, da bene, *CHRISTE*; mori.

IN SENECAE SENTENTIAM:

Hunc ipsum diem, quem vivimus, cum  
morte dividimus:

Quisquis agit vitam, vitæ incertus esto futurae;

Quo minime credas tempore, finis erit.

Dividitur cum morte dies, qui vivitur, atrâ:

Vivit *HIC* in *CELO*, *QUI* bene *HVMO*  
moritur,

in quata sententiam sic inquit *August.*

*lib. 13. de C. D. c. 10.*

Quicquid temporis vititur, de spacio  
vivendi demitur; & quotidie fit minus mi-  
nusque, quod restat: ut omnino nihil sit aliud  
tempus vitæ huius, quam cursus ad mor-  
tem.

CREBRO EIDEM USUR-  
PATVM:

QUI SIBI PLACET, DEO  
DISPLICET.

Qui placet ipse *SIBI*, displicet ille *DEO*.

*FINIS.*

*IN*

IN DICTVM BERNHARDI:  
Dum hic vivis, ILLI vivas, QUI, ut semper  
vivere, semel pro te mortuus est.

VIVE, UT POST VIVAS.

*Mors nulli parcat, magnum licet  
occupet orbem:*

Occupet & varias totius Orbis opes. [parcat]  
Mors tamen HVIC, quicumq; colit sacra Numina,  
Per Christum quisquis Numina sacra colit.

Numina sic quicumq; colit; vel lumine cassus

Non moritur: MORS huic non nisi VITA fuit.

Quare vis parcat tibi mors, cole Numina sacra

Per Christum solum Numina sacra cole.

Disce mori, ut vivas: sic vive ut postmodo vivas:

Hic bene QUI moritur, mortuus IS superest.

Vive pius, moriere pius, moriere beatus:

Hic bene qui vivit, vivit in axe poli.

Si tamen in celo junctus vis vivere Christo,

Immundo Mundo fac moriare prius.

Vive per HUNCq; Deo solum. Nam vivere Mundo

Velle, mori est: VERA est vivere VITA DEO.

O bene QUI vivit, moritur bene QVIS QVIS in

HIC mortē nunquā, vel moriturus, obit. (orbes)

Namq; ILLI vixit, dum vixit; viveret ipse

Ut semper, pro quo est mortuus ILLE semel.

M. Christophorus Caesar,

S. H. R.

Ἄσθλου:

Vna est VIVENDI & MORIENDI regula RECTE:

Ut MORIARE pius, VIVERE discere pte.

DAVIDIS CHYTRÆI  
PRÆFATIO IN  
HERODOTI LE-  
CTIONEM.



**V**M HERODOTI HI-  
storiam, Deo iuvante, in Schola  
interpretari decreverimus: ini-  
tío, ut studiosas veræ sapientiæ  
& doctrinæ, summo cum fructu  
& voluptate conjunctæ, mentes ad optimi &  
dulcissimi auctoris lectionem invitent: quæ-  
dam præfari institui, non aliunde accersita,  
sed ex Herodotæ Historiæ penetralibus de-  
prompta, quæ sapientiam illius, & utilita-  
tes, latissimè in omni vitæ & doctrinarum  
genere patentes, demonstrant.

Est alioquin Historiæ, sapienter scriptæ,  
hic primus finis & usus, quem in vestibulo sui  
operis Herodotus indicat, ne rerum magna-  
rum, ante nostram ætatem in mundo gesta-  
rum, memoria, tempore deleta, exolescat.  
Ut enim Deus totum hoc pulcherrimum mun-  
di theatrum, cælos, solem, Lunam, stellas, ele-  
menta, plantas, animantia, aspici à nobis &  
considerari vult; Quæ Historia naturalis ab  
eruditis vocatur: sic in eodem mundi thea-  
tro, Res maximas & memoriâ dignas, à Deo

♫



& Hominibus illius incolis gestas, non obli-  
 uione extingui ac deleri, sed literarum &  
 Historiæ monumentis conservatas, cognosci  
 à nobis & propagari iubet. Ideoq; ipse conti-  
 nuam mundi Historiam (in qua tanquam in  
 tabula pictum & ὑπο μίω σωσθησθαι vno ve-  
 lut cōtuitu oculis subiectum cernere possimus,  
 quicquid ab initio mundi memorabile gestum  
 est) singulari beneficio in Mōse & Prophetis,  
 & hos immediate secutis, HERODOTO,  
 Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo, Li-  
 nio, & Caesarum scriptoribus, conseruauit.

Et in sacra seu Prophetica historia, Res  
 maximas, à Deo ipso & Filio Dei Seruatore  
 nostro Iesu Christo, & Ecclesia Dei gestas, poste-  
 ritatis memorie proposuit: Creationem ac  
 exordia mundi & generis Humani; Institu-  
 tionem conjugij, ecclesiæ, & veræ Religionis;  
 lapsum & reparationem primorum hominum,  
 causam calamitatum & mortis humanæ,  
 Promissionem de CHRISTO; Seriem An-  
 norum Mundi certam ac perpetuam; Origi-  
 nem & stirpes omnium gentium; Initia Mo-  
 narchiarum, propagationem Regni Christi &  
 Ecclesiæ in familiis patrum & Politia Iudai-  
 ca. Cuius historia, per annos amplius mille  
 continuata, & perpetuo VERBI DEI, docen-  
 tis, adhortantis, comminantis, consolantis, ve-  
 lut sale perspersa est.

Exem-

IN HEROD. LECTIO. 3

Exempla verò virtutum, non modò Poli-  
 ticarum, sed etiam primæ Decalogi tabulæ,  
 veri Timoris Dei, Fidei, Inuocationis D E I:  
 nec tantum Iræ Dei, ac Pœnarum Diluuij, So-  
 domæ, Pharaonis, excidij Hierosolymæ, verum  
 etiam Gratia & Misericordiæ Dei erga pec-  
 catores pœnitentiam agentes, Dauidem, Ma-  
 nassem, Aaronem, proponit. vt de Miraculis,  
 & vaticinijs Prophetis, & Ἀρχαιολογία  
 (seu Antiquitate Historiæ, quæ proprium verò  
 ecclesiæ decus ac ornamentum, siue vt Græci  
 dicunt, κειμήλιον est, nihil hoc loco dicam.

Ethnicæ verò Historiæ, HERODOTI, Thu-  
 cydidis & similes, nihil de Filio Dei & de rez  
 conciliatione ac doctrina Euangelij propria,  
 nihil de CHRISTI summi Regis æterno & spi-  
 rituali Regno differunt. Sed Legis solius sen-  
 tentias, de moribus, & pœnis scelerum dimi-  
 nis, subinde narrationibus intexunt. & REG-  
 norum huius mundi ac Rerumpublicarum Ini-  
 tia, progressiones, Principes, Gubernatores, res  
 gestas & conuersiones describunt. & Exem-  
 pla Virtutum Politicarum, & Bonorum ac sa-  
 lutarium Consiliorum Gubernationis Reipub-  
 licæ, nō solum ad intuentiū, verum etiam ad I-  
 mitandum proponunt, Quorum cogitatione, ad  
 Rempublicam & vitam priuatam rectè &  
 feliciter administrandam mentes suas confor-  
 ment.

A 2 Nunc

## 4 D. C M Y T R. P R Æ F.

Nunc igitur discrimine sacræ ac ethnicæ historia breuiter delibato, de altera hac illustri vtilitate Historiæ dicam, quod MAGISTRAVITÆ est, sapientia Legis diuinæ, Gubernatricis Imperiorum & vitæ priuatae, Exemplis insignibus magnorum Principum & Rerum publicarum illustrata. Norma enim vitæ, & Regula consiliorum actionumq; in gubernatione Reipubl: & vitæ priuatae aeternæ & immota, est LEX DEI seu Decalogus, cuius Præcepta sunt radij Sapientiæ & Iusticiæ diuinæ, ex quibus omnes honestæ LEGES & præcepta virtutum Ethica et Politicâ, tanquam ex fonte augusto & perenni emanarunt. Historiæ vero sunt sapientia seu Doctrina Legis Dei Theologica, Ethica, & Politica, Exemplis insignibus in magnorum Regum & Rerum publicarum rebus gestis illustrata.

Vtile est igitur, ad præcepta Legis Dei seu Decalogi, tanquam ad metas seu Regulas & leges vitæ, Exempla Historiarum referre. Quare in hoc etiâ prælectionis Herodoteæ exordio, Historias illius præcipuas, ad conuenientia Decalogi præcepta, & vitæ leges, ordine accommodabimus. Quarum hæc prima & summa est, quæ adfirmat, verè esse Deum conditorem & inspectorem imperiorum & vitæ humanæ, omnipotentem & iustum, qui flagitet & premijs

IN HEROD. LECTIO. 5

præmijs ornet Timorem Dei, Modestiam, In-  
 stitiam: & horribiliter puniat impietatem, in-  
 iurias, Tyrannidem, lasciuam & libidines.  
 Hæc lex in Primo præcepto tradita. EGO  
 sum DOMINVS DEUSTVVS, for-  
 tis, zelotes, VISITANS INIQUITA-  
 TEM, seu PVNIENS PECCATA: com-  
 mune Argumentum est omnium Historiarum.  
 sicut Herodotus ipse, totam belli ac excidij <sup>ἱστορίας</sup>  
 Troiani historiam, ad hanc primæ legis Deca- P. 62.  
 logi Regulam accommodat: cùm Troiam,  
 propter adulterium Paridis & alia scelera fun-  
 ditus euersam, toti humano generi concionari  
 inquit, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγά-  
 λαι εἰσι ἢ αἰτιμοῦσαι παρὰ τὸ θεῶν, Quod  
 magna & atrociora delicta, magnis & atroci-  
 bus pœnis à DEO, Vindicibus flammis sibi  
 qui contraria delet, Ipseq; iusticiæ regula sola  
 manet: plebuntur. Constat enim, eternâ po-  
 situmq; lege est, quod alibi Herodotus, Hip-  
 parcho, pridie antequam interficeretur, diui-  
 nitus nunciatum recitat: οὐδεὶς ἀνθρώπων  
 ἀδικῶν τίσις οὐκ ἀποτίσσει: Nullus homo pœ-  
 nam sceleris reus effugit vnquam. inprimis  
 verò, magnos Reges ac principes, ob potentia  
 & opes ac omnium rerum adfluentiam inso-  
 lescentes, & superbos Tyrannos, ex summo  
 dignitatis & opum fastigio, in sæuas clades &  
 procellas

πολυμν.  
p. 201.

procellas deijcere ac præcipitare, gratissimum Deo superbis resistenti, velut ludum & jocum esse, in deliberatione belli xerxis refert. Vides ut prægrandes bestias, & celsas turres, & arbores, Fulmine feriat Deus, φιλέει γὰρ θεὸς ὑπερέχοντα πάντα κολῆει. Solet enim DEUS, & jucundus ipsi gratissimusq; ludus est, omnia sublimia mutilare, omnia excelsa & in alium sublata ac superba, quæ ipsi abominationi sunt, truncare, & graviore casu deijcere ac evertere, Irus ut existat qui modo Cræsus erat οὐ γὰρ ἔα φρονέειν ἄλλοι μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἢ ἑαυτὸν. Non enim sinit alium magna de se sentire Deus, nisi se ipsum, sicut recens quidam suis de vita aulica libris præfatur, Nihil in rebus humanis magnum esse, nisi Animum, ex quæ vulgò magna habentur, contemnentem, & unum ac solum DEVM MAGNUM agnoscentem & colentem.

Recitat in primo libro Herodotus duorum potentissimorum Regum, CROESI ac CYRI historiam, & in utraq; DEUM inspectorem ac Iudicem consiliorum & actionum humanarum nominat. Cùm Cyrus bellum Medis inferret, Astyages, Medorum Rex, exercitus omnes ad defensionem regni comparatos, HARPAGO prætorij præfecto commendat, cui olim, ad mensam regiam honoris cau-

sa

IN HEROD. LECTIO. 7

sa adhibito, proprii filij carnes comedendas  
 apposuerat. propterea quod Cyrum infantem,  
 iussu regis necandum, Harpagus conserva-  
 rat. Huius tanta tamq̃ atrocis injuriæ, Har-  
 pagus illatæ, immemor Astyages: fidem sui sta-  
 tus & regni defensionem ab eo expectat, quæ  
 tanta perfidia & scelere violaverat, & ad  
 iustissimum vindictæ ardorem inflammarat:  
 ὅς τε δεκλαβὴς ἐὼς (inquit Herodotus) quia  
 Deus, scelera Astyagis tyrannica gravibus  
 pœnis vindicare volens, ratione & consilio  
 sano cum privatum, cecitate & amentia,  
 quæ summa & tristissima pœna est, percusse-  
 rat. Nam iratus ad pœnam DEVS si quas  
 trahit, Eripere mentem talibus prius solet,  
 Caliginemq̃ offundit, ut ruant suas Furenter  
 in clades, sibi quas noxijs Accersierunt ultrò  
 consilijs mali.

Sic de Candaule, ultimo ex Heraclidis  
 Lydorum rege, propriae conjugis instinctu, à  
 Gyge interfecto, præfatur, (ὅλῳ γὰρ καὶ  
 δαυλῆ γενεῶν κακῶς) Fato Candaulem, cum  
 exitium ei immineret, stultitia & amentia  
 sua, monstrandæ Gygi nudam conjugem, il-  
 lud attraxisse. Quam bellissime concinnatam,  
 & venustissime compositam, & sex speciosis  
 ac optimis sententijs, utilissimas vitæ, consili-  
 orum, & actionū instructiones continentibus,

A 4

llu-

B. D. CHRYS. PRÆF.

illustrem narrationem, non sine eximia utilitatis & jucunditatis fructu in ipso Herodoteæ Historiæ vestibulo legemus. Sequitur paulò post, sapientissimum Solonis cum Cræso colloquium, cui suas opes & thesauros ostentanti, & Quem Beatissimum, perlustrato orbe terrarum, Solon cognouisset, sciscitanti: T E L L V M ciuem Atticum honestum sed pauperem, in bello pro patria fortiter dimicantem, ac victorem tandem interfectum: & Cleobim ac Bitonem, sacerdotis Arginæ filios, in templo obdormientes, nec iterum expergiscentes, Solon nominavit. Cræsum vero, suam felicitatem, regnum, & opes immensas anteferre cernens, longa concione, de calamitatibus & miserijs, quibus omnes homines obnoxij essent, & de fragilitate & inconstantia fortune: ideoq; ante finem vitæ, beato nemine dicendo, admonens, his verbis concludit, σκοπέειν δε χη παντός χήματ' & πτω πλεωπλω πη αποθήσει. Πολλοῖσι γάρ δ' ὑποδέξασθαι ὄλβον ὁ θεός, προσήζουσ' ἀνέτρεψε, considerare oportet omnis rei finem, quomodo exitura sit. Multis enim ostendens felicitatem DEVS, ante vitæ finem funditus euertit.

Talium & concionum & exemplorum primi præcepti, de D B O puniente superbiam, tyrannidem, libidines, & alia Regum ac Principum

κλειώ  
p. 2.  
p. 6.7.

IN HEROD. LECTIO. 9

cipum & priuatorum scelera, plena sunt  
 Herodoti Historiæ. Nec de pœnis solummodo  
 & Iræ diuinæ testimonijs, verum etiam de  
 PIETATIS & rectè factorum præmijs diuinis  
 exempla commemorant. Sethonis Ægyptij re-  
 gis, qui Sacerdos antea fuerit, ideoq; a nobili-  
 tate Ægyptia contemptus & neglectus sit. Sta-  
 tuam lapideam in templo, cum hac inscriptio-  
 ne, positam fuisse refert: εἰς ἐμὲ τῆς ὀργῆς  
 εὐτελεῖς ἔσω: In me aliquis intuens Pietatem ΕΥΤΕΛΕΣ. Ρ. 78  
 colat. Cum enim à Sennaberib Assyriorum  
 rege Pelusij obsessus oppugnaretur, et à pro-  
 cerib. suis spretus desereretur: ad Dei opem  
 confugiens, ingressus templum, preces ad De-  
 um ardentes fudit, qui tranquillo eum animo  
 esse in somnis iussit. Se enim opitulatores ei à  
 suis deserto, curaturâ esse. Secuta igitur no-  
 cte, effusi in castra Assyriorum mures agrestes,  
 Pharetras & amenta telorum, & scutorum  
 lora corrodunt, vt vsui nulli illa redderentur.  
 Quo animaduerso, Assyrij postridie diuinitus  
 incusso terrore obsidionem deserunt & au-  
 fugiunt. Huius mirandæ liberationis me-  
 moria vt conseruaretur, statua regis, cum in-  
 scriptione quam dixi, in templo collocata  
 est. qui verè vsurpare vocem, in delibera-  
 tione Græcorum post prælium, ad Salam: nem,  
 postea editam potuit, ταῦτα οὐκ ἡμῖς κατε-

γασάμεθα, ἀλλὰ θεός, Non nos ista fecimus, sed DEVS. Liquidò autem apparet, de miranda liberatione Ezechiae, Hierosolymis à Sennaherib obsessi, Herodotum fama & auditione aliquid accepisse. Sed historia non integre ipsi nota fuit. Quam mutato Ezechiae Iudææ regis nomine, ad vicinæ Ægypti regem Sethonem transfudit.

Spartanos, iubente oraculo, Pisistratidas tyrannos, quamvis amicos & hospites, Athenis eijcere, τὰ τῶν θεῶν προσβύτητα ποιεῖσθαι, ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων, Pluris obedientiam Deo præstandam fecisse, quam officia hominib. debita, in Terpsich. ait, qui suo exemplo docuerunt, Deo magis quam hominib. obtemperandū esse.

p. 161.

Particulam verò primi Præcepti, EGO SVM Dominus DEVS TVUS, plurimæ Herodoti conciones & exempla illustrant, quæ non esse felicia & salutaria hominum consilia, conatus, molitiones, ostendunt, nisi divinitus regantur & juventur. ut in historia expeditionis Darij adversus Scythas dicitur, τὰ σφί ἐδόντε ἅ, ἰσα βεβηλευῶν, ἐν τῶτοι, μάλισσά ἐσφάλησασ; Quæ ipsis sapientissime deliberata & decreta videbantur, maxime eos fefellerunt. Idem singuli in quotidianis cogitationum & consiliorum, quæ optima & speciosissima nobis videntur, frustrationibus experi-

μελπ.

p. 139.

perimur, ut discamus, neminem, quantumvis  
 sapientia & potentia excellat, sibi ipsi DEUM  
 esse, aut suis cogitationibus & viribus regere  
 consilia vitæ, & actionum eventus posse. Sed  
 hos in solius Iehovæ potestate esse, qui optimè  
 à nobis cogitata & decreta ideo frustrari si-  
 nit, ut cum Propheta confiteamur, Non esse  
 hominis viam ejus, nec viri quantumvis He-  
 roici, dirigere gressus suos, sed Dominum esse  
 DEVM Nostrum, à quo omnia nostra dirigi  
 & gubernari oporteat, quæ felicia & Nobis  
 ac alijs prospera & salutaria esse velimus,  
 Ideo neminem, quantumvis potentem & opu-  
 lentum Regem aut Principem, sua sapientiâ  
 & viribus confidere debere, sed à solius Dei  
 bonitate & auxilio, quod iusta & necessaria  
 sciipientibus & ipsum invocantib. propositum  
 sit, pendere. Hanc primi præcepti sapientiam, *πολυμν.*  
*prolixa concio Artaban, in deliberatione Xer- p. 201.*  
*xis de bello Græcis inferendo; & CROESI,*  
*Cyro expeditionem ad versus Massagetas dis- κλειω p.*  
*suadentis, & aliæ, illustrant. 43.*

Nunc ad SECUNDAM Decalogi legem ac-  
 cedo, cui additæ comminationis exemplum  
 insigne in historia Apryis, Ægypti regis, cuius  
 in Ieremia mentio fit, ante oculos positum est. Iere. 44.  
 Apryis enim tanta fuit insolentia, impietas, *εὐτεγ. p.*  
 & superbia, ut jactitaret, *μη δ' ἀρδεομαι 80.*  
*μηδ' ἐνα*

ΕΥΤΥΡ. Ρ. 80 μηδ' ἐνα δ' αὐτοῦ παῦσαι τῆ βασιλείας,  
 οὕτω ἀσφαλέως ἐωυτοῖς ἰδρύσθαι ἐδ' ὀκει. Ne  
 quidem Deum ipsum eripere ipsi regnum posse,  
 Adeo firmiter & secure thronum suum sta-  
 bilitum & firmatum esse. Hunc superbum  
 & blasphemum Regem paulo post, amisso in  
 Libya exercitu, suis exosum, satelles A M A-  
 S I S captum strangulavit. Ita viuam vocem  
 & oculis subiectum exemplum comminatio-  
 nis addit & secundo præcepto agnoscimus, Non  
 habebit Deus insontem, qui Nomen illius  
 vanè vsurpauerit.

Varij autem Nominis diuini abusus, in  
 Oraoulis Ethnicorum fuerunt, quorum cre-  
 bra apud Herodotum mentio passim extat.  
 Diaboli enim, vt fidem & autoritatem suis  
 responsis conciliarent, & vanitatem suam te-  
 gerent; multa sæpè vera, & à vero D. E O  
 per Prophetas antè reuelata; multa ex cau-  
 sis antecedentibus, ingenijs, consiliis & actio-  
 nibus hominum iniustis, certò secutura: mul-  
 ta quæ ipsi permittente D E O facere decre-  
 uerant, D E I nomine prædixerunt. Plerunq;  
 tamen λογὰ, dubia & ambigua fuerunt, vt si  
 euentus cupiditati consulentium non respon-  
 disse; ipsi tamen, vaticinationes suas, non  
 rectè ab excipientibus intellectas, prætexere  
 possent. Vt Cræso sciscitanti, apud Xenophon-  
 tem

IN HEROD. LECTIO.

sem respondet Pythia, σαυτὸν γινώσκω ἐν  
 δαίμων κροῖσε περάσεις, apud Herodotū verò  
 κροῖσε ὁ ἄλυρ διαβάς, μεγάλῳ ἄρχῳ κατα-  
 λύσει, Cræsus Halin penetrans magnam per-  
 uertet opum vim. Vbi Cræsus, bellum animo  
 aduersus Cyrum agitans, vt quæ volumus, li-  
 benter credimus, victoriam sibi promitti, et  
 Cyri imperium à se euersum iri, somniat. Cùm  
 igitur moto bello non necessario, in acie vi-  
 ctus & Sardibus obsessus, captus, ac deinceps  
 rogo impositus fuisset; serò sapientissimam  
 Solonis subiectionem, de rerum humanarum  
 inconstantia & fragilitate, & nemine beato,  
 ante vitæ finem dicendo, recordatur. & cle-  
 mentiâ Cyri serustus, missis Delphos legatis  
 expostulat, quòd tantis in templum Delphi-  
 cum à se effusis donarijs, hanc gratiam ei A-  
 pollo retulerit, vt Oraculo deceptum in tan-  
 tas calamitates præcipitarit. Diabolus  
 ἐπιχαινεκῶν, omni se culpâ vacare ait. Ve-  
 ré enim prædixisse, ducto vltra Halyn exero-  
 citu, magnum Imperium à Cræso euersum iri.  
 Idq; euentu ipso iam cōprobari. Debuisset autē,  
 audito oraculo, CROESUM, antequã bellum  
 moueret, interrogare Pythiam, suum ne pro-  
 prium, an alienum, Cyri videlicet regnum,  
 destructurus esset.

Ad tertium præceptum, Ceremonia Religionum, & ritus sacrorum, aliqua ex parte cum Bibliis congruentes, pertinent, inter quos, Ægyptij, copiosissime ab Herodoto describuntur, in quibus, Circumcisionis etiam a quod Ægyptios usurpatæ mentio fit. ac memorabile est, quod de capitibus victimarum refert, imprecantes ijs, quicquid vel ipsis offerentibus, vel uniuersæ Ægypto mali euenturum sit, in flumen ea abijcere. A Persis, nec imagines, nec altaria, nec templa Dÿs collocari, sed in excelsis montibus, Soli ac Lunæ sacrificia offerri memorat. & de Forma precum in sacris usitata perhibet, εαυτοῖς διον ἰδὴ μὲν νόον, οὐ οἱ ἐπιβίβηται ἀγαθὰ, ἀγαθὰ οὐδὲ πᾶσι τοῖσι πᾶσι κατ'εὐχεται εὐ γενέσθαι καὶ τοῖς βασιλεῖ.

Nemini victimas offerenti seorsim sibi soli bona precari licet. Sed omnibus Persis simul, seu toti ecclesiæ Persarum, ac imprimis Regi bene precandum est. Magos etiam, quorum in Evangelio Matthæi mentio fit, Sacerdotes Persarum fuisse, & Religioni ac sacrificijs apud eos præfuisse ostendit. Sine Mago enim sacrificia illis offerre nefas fuit.

Ad IIII. Decalogi legem, quod parentes, & Imperia & Gubernatores ac Magistratus, parentum loco Nobis regendis ac tuendis præficiat; referemus sapientissimam de FORMIS  
POLI

εὐρεθ. 52.  
vsq. 60.

52. 65.

33. 14.

κλειώ. p.  
28. 29.

esp. 2.

POLItiarum, seu optimo reipublicæ statu inter septem Imperij Persici Principes electiores habitam disputationem, qua vix vlla, in tota Herodoti historia, melior ac utilior extat. Cùm enim tres formæ sint Gubernationis Politicæ; Quæ vel ab vno, vel à paucis, vel à multis (seu vulgo administratur; & in singulis plures & diuersæ species sint; vt in vnius principatu seu Monarchia, vel Dominatus est, absolutam in subditos Potestatem habens, qualis est Turcici & Moschici Imperij forma: vel REGnum, iuxta præscriptas LEGES, & certorum senatum consilio, Iudicia & rempublicam regens, vt Imperium Germanicum, Regna Gallia, Hispania, & reliquæ Europæ pleraq;: vel Tyrannis propriâ libidine, iracundia, & crudelitate violentè omnia regens, vt Cambyses, Phalaris, Pharao & c. hanc præcipuè vituperans Otanes, (vt in Socraticis Corinthij etiam oratione, & Pisistratidarum, & Cypseli, ac Periandri historia, similes Tyrannidis insectationes extant.) ἰσοκρατία seu popularem statum, in quo ius æquabile floreat, & suffragijs populi Magistratus electi, ad reddendas rationes obnoxij sint, & ad publicam utilitatem cõsilia omnia referant, institui suadet. Megabyzus verò, vulgi imperiti tyrannidem minus tolerabilem esse vnius tyrannide disputat.

Nam

τεεπτιχ.  
p. 166.  
168. 191.

## 6 D. GHITR. PRÆE.

Nam multitudinem promiscuam, sine sapientia & consilio ac delectu aliquo, ruere in negotia temere incitatam, ut rapida flumina aut fluctus marinos ventorum impetu agitados. Aristocratiam igitur, in qua optimis & præstantissimis viris summa potestas tradatur, constituendam esse ἀριστοκρατία ἢ ἀριστοκρατία ἢ ἀριστοκρατία. Optimorum enim virorum optima consilia esse, consentaneum est. Tandem DARIUS, vulgi & paucorum optimatum, ut vocantur, imperijs reiectis, optimum Reipublicæ statum, esse, inquit, cum vni viro, virtute & sapientia præstanti, summa potestas, legibus certis circumscripta, commendatur. Qui n. Legem iubet præesse (inquit Aristoteles) præficit Deum & Legem. Qui verò homini soli summam potestatem tribuit, præficit beluam. Talis enim est cupiditas et iracundia, quæ etiam optimos viros deprauat. Lex verò est mens sine cupiditate. Cumq; in Oligarchia etiam ortis inter collegas emulationibus, dum vnusquisq; ex paucis illis optimatibus cupit præcellere & esse supremus: & in Democratia (in qua ἀκρόασις ἢ ἀκρόασις ἢ ἀκρόασις) confusionibus & anarchia, excitationis seditionibus & laniens mutuis, tandem ad vnum Pietate ac meritis grauem decurratur, cuius auctoritati & virtuti se ceteri rogendos

regendos ac tuendos commendant: hinc etiam perspicuum est, Optimum Reipublicæ statum esse Monarchiam. quam laudans Homerus inquit, Non multos imperitare bonum est, Rex unicus esto, & Gubernator supremus, cui Deus Sceptrum & leges tradidit, ut Regnum inter vos teneat.

Quare & Persici principes, Divinitus bonos Reges dari agnoscentes, Deo iudicium de futuro rege permittunt. Cumq; Darius, manifestis testimonijs divinis confirmatus esset, Persico more eum, etsi æquali & pari cum cæteris conditione habitus fuerat, ut Gubernatorem divinitus datum reverenter adorant, magnificiunt, diligunt, colunt, & sua corpora & fortunas ad illius defensionem cõjungunt. Has de optimo Reipublicæ statu Herodoti Orationes, quæ in tota ipsius historia præcipue eminent ac elucet: patrum memoria. Franciscus Guicciardinus, populi Florentini deliberationem de forma Reipublicæ deinceps constituenda describens, sapientissimis sententiarum & verborum luminibus, ac omni dicendi copia evolutas, felicissime emulatus est.

B

Aliquot

αλειω. p.  
11.

Aliquot etiam artium Tyrannicarum, in adipiscenda primùm & stabiliendâ tyrannide, exempla, quorum similia singulis ætatibus in ecclesia & politijs cernimus, insignia Herodotus recitat, quæ eò considerari prodest, ut agnosci similes artes & caveri rectius possint. Pisistratus cum blanditijs verborum, epulis, & muneribus, Atticæ plebis benevolentiam sibi conciliasset: influcto sibi ipsi vulnere, vitæ suæ insidias strui, & se ab adversariis & amulis suis vulneratum esse fingit, eaq; occasione satellites, tanquam custodes corporis, communi populi consensu sibi adjungit, quorum ope arcem occupat, & principatum Reipublicæ totius obtinet, eumq; tali astutiâ & moderatione administrat, ut ne Soloni quidem, cives suos fidelissimè præmonenti, fides à populo haberetur. Nota enim est, & digna memoriâ Solonis oratio:

Diogen.  
Laërt.

εἰς γὰρ γλώττην ὄρατε καὶ εἰς ἔσση αἰμύ-  
λα ἀνδρός,

εἰς ἔσση δὲ ἴδερ γιγνόμενον βλέπετε.  
εἶδε πεπόντατε θεοῦ δὲ ὑμετέρων κακότητος  
μηδὲ θεοῖς τῶν μοῖρων ἔπεμφετε,  
αὐτοὶ γὰρ τῶν θεῶν ἠυξήσατ' ἐρύματα δόντες  
καὶ διὰ τὰ κακὰ ἔχετε δολοφώνη.  
Periam-

Periandro, uni ex septem Sapien-  
 tibus, qui Corinthi tyrannidem recens oc-  
 cupaverat, ex Thrasibulo Mileti tyran-  
 no jam veterano, per legatum sciscitanti,  
 quâ ratione eam confirmare & tueri pos-  
 set; nihil verbis respondet, sed in agrum  
 maturis jam segetib. eum ducit, & SPI-  
 cas in agro passim extantes baculo decutit  
 ac mutilat. Quod cum legatus, demum  
 reversus, de mirabili illo ac muti perso-  
 nam referente homine, Periandro nar-  
 rasset; intelligit, cives autoritate & op-  
 tib. praestantes, sibi, quibuscunq; prae ex-  
 tibus ex medio tollendos esse. Sicut nunc  
 quosdam, primatum & regnum novum in  
 ecclesiâ molientes, eâdem arte grassari  
 videmus, ut regnandi cupiditatem, quâ  
 ipsi ardent, omniaq; ad eam studia & cons-  
 lilia referunt; & malas artes ac fraudes,  
 quibus utuntur ipsi & crimina ac scelera,  
 quorum ipsi rei sunt, in alios modestos,  
 & suo loco de ecclesiâ bene merentes  
 transferant, ut hominum oculos & aures  
 a se in illos convertant, eosque omnis ge-  
 neris probris & convicijs deformant ac  
 obruant.

Pœna etiam Sisamnis, δωροφάγος præ-

B. 2

fidis

fidis, digna memoratu est, cui, quod mun-  
neribus se corrumpi, & sententias inju-  
stas pronuciari passus esset, cutem vivo  
detrahi, & lora inde secta in tribunal seu  
thronum Iudicalem expandi, Cambyfes  
mandavit. Postea Sisamnis filium Ota-  
nem, in eam sedem collocatum, admonuit,  
ut quotiescunq; pellem paternam intueretur,  
juste sibi judicandum esse, meminisset.

De STORGis etiam inter parentes  
ac liberos, & proximos sanguine junctos,  
& de multorum Regum ac Principum A-  
sogyia immani & Diabolica, narrationes  
p. 33. considerentur, Astyages nepotem ex filia  
Cyrum ad necem exponi jubet, Cambyfes  
s. 59. ὄσopy & fratrem Smerdin, & Sororem  
sibi matrimonio junctam trucidat, ut nunc  
Turcici, Imperatores, regnum ferè à fra-  
trum parricidijs ordiuntur. Psammenitus  
verò Ægypti rex à Cambyse captus, cum  
uxorem, filios & filias duci ad supplicium  
cerneret, siccis oculis stupens & attoni-  
tus eos spectavit. Cum verò Amicum &  
familiarem duci uideret, largum lachry-  
marum flumen sudit. Interrogatus verò  
à custodiæ illius præfecto, cur hujus potius  
quàm conjugis & liberorum necem tot  
lachrimis

lacrimeis defleret : respondit, Dolorem domesticum majorem fuisse, quam ut lachrymis exprimi potuerit. Amici verò casum lachrymis deplorari posse,

Inter *QV*inti præcepti virtutum, ac Fortitudinis bellicæ imprimis, exempla, eminent, *CYRI* Persarum Monarchæ primi. Heroica animi magnitudo, & virtus, & felicitas, qui *Astyagen* Medorum, *Cræsum* Lydorum, *Labinitum* Babyloniorum, & *Ionicas* urbes potentiss. & pertinatissimè se defendentes, singulari virtute, & fortunâ admirabili devicit. & victorias clementiâ & bonitate singulari temperavit, & erga *Ecclesiam Dei* ac gentem *Iudaicam* beneficus fuit. Deinde *Miltiadis*, lib. 6. 8. 9. *Themistoclis*, & *Pausaniæ*, ad *Marathonem*, *Salaminem* & *Plateas* victoriæ clarissimæ *LEONIDÆ* etiam *Spartani* regis virtutem omnes ætates admiratæ sunt, qui cum trecentis *Lacædemonijs* pro libertate *Græciæ* adversus innumerabiles *Xerxis* copias fortissimè dimicans, cum *πολυμ.* circiter vicies mille *Persas* trucidasset, *ipse* tandem cum suis ad internecionē *casus* est. & quidem solus, ex omnibus hominibus, majorem gloriam victus, quam 237.

lib. 11.

καλλ. p.  
280.

Prov. 24.

πρξιχ. p.

170. 172.

169.

173.

εξατ. 176.

p. 178.

alijs ex pulcherrimis victorijs, adeptus est. *ἄλλοι γὰρ*, ut gravissimè Diodorus Siculus de hac ipsa pugna inquit, *ἐν ἐκ τῶν ἀποτελευτάτων κεινῶν κεινῶν τῶν ἀγαθῶν ἀνδραγαθῶν, ἀλλοί ἐν οὐκ ἐπιχειρήσειωσι.* De bonis & præstantibus viris non ex eventu, sed ex animi eorum proposito judicandum est. Pausania etiam, post victoriam ad Plataeas, moderatio animi & clementia ac Humanitas laudabilis est, non sæviens in hostium intersectorum cadavera, sed satis sibi esse aiens, si iusta faciendo & sancta dicendo suis Spartanis placeat, *ἀποχρᾶ μοι, Σωκράτης τῆσι (ἔστιν) ἄριστόμουρον, ὅστις μὴ ποιεῖν, ὅστις δὲ καὶ λέγειν.*

Regula de Pœnis seditiosorum, à Salomone traditæ, Time Dominum, fili mi, & Regem, & cum seditiosis ne commiscearis: *repentinus enim veniet interitus eorum: Exempla illustria, in calamitatibus Ionum, Carum, & Cypriorum, qui duce Aristagora Milesio, adversus Darium Persarum regem, stulto libertatis recuperandæ amore rebellant, & in ipsius Aristagoræ, & urbis Mileti, sexto post seditionis initium, anno, demum captæ ac solo aequatæ, & Histiaei in crucem acti, Tragico interitu proposita sunt. Et in Vra-*  
nia,

nia, gravissimam de seditionibus sententiã  
pronunciat, Στάσις ἔμφυλῶ πολέμῳ 240.  
ὁμοφρονέοντῶ τοσούτω κακίῳ ὄσι, ὅσα  
πόλεμῶ εἰρήνης, Seditio intestina tantò  
nocentior est bello, quod consentientibus  
animis adversus externos geritur, quan-  
tò bellum perius est pace.

STYδι, però concordia, & modera-  
tionis ac ὠδικείας, publicæ salutis &  
tranquillitatis causã, de suo jure, & qui-  
dem de imperio cedentis, statim in vesti- P. 240.  
bulo libri Οὐτάβι, exemplum sunt Atheni-  
enses, in bello Xerxis, imperium belli  
summum Lacedæmonijs permittentes. καλλ. P.  
cumq; postea Tegeatæ, ante prælium ad 270.  
Platæas, controversiam de loco move-  
rent, honestissimè respondent, πάντῃ γὰρ  
πταγμύοι, περυσόμεθα εἶναι θεοί, Quo-  
cumq; loco ordinati erimus, conabimur, ut  
bonos ac fortes viros decet, præliari.

De AMICITIA etiam, pulcerrima est  
Darij regis Persarum vox, ad Histiaum  
Milesium, de se bene meritum, quanquam  
simulate prolata, κτημάτωρ πάντων ὄσι περ. 154.  
τιμιώτατου ἀνὴρ εἶλῶ, ξάωτορ τε καὶ  
ζῦνοῶ, summus est homini thesaurus, fi-  
dus amicus. quam in epistolis ad amicos  
sepe eleganter usurpare studiosi poterunt.

B 4 Alibi

μελπ.  
139.

Alibi malum Punicum aperiens, tot Megabyzos, quot in eo pomo grana inessent, magis se optare ait, quam totam Græciam sibi subiectam esse, significans Regibus nullosthesauros fidelibus amicis cariores esse.

SEXTam Decalogi legem, quæ casti pudoris decus, & amorem ac fidem Coniugalem sancit, & vagas libidines, Adulteria, raptus, non priuatis solum & domesticis, sed totarum urbium & gentium calamitatibus ac excidijs puniri testatur; prima statim pagina Herodoti, exemplis illustrat, quæ primas bellorum inter Græcos & barbaros causas fuisse Libidines & raptus nobilium fœminarum, Io, Europa, Medæ & Helenæ commemorat, sicut inter causas Diluuij, exitij Sodomorum, Gabitarum, exilij Davidis, excidij Hierosolymæ recensentur, & proximam belli Peloponnesiaci, & odij aduersus Megarenses in Pericle implacabilis, causam fuisse ASP Asiam, Periclis concubinam, Aristophanes narrat; quam contumeliosè Megarenses quidam adolescentes nobiles tractarant. Sic Saracenis, inuadendi Hispanias & in Galliam progrediendi occasionem primam dedit CABAda, Iuliani

princi.

in Achar-  
mensib.

principis Tingitani filia ingenio & formâ  
 excellens, Quam in Gynecæo Roderici re-  
 gis Hispaniæ viuentem, rex compresserat.  
 Eam contumeliam vt Iulianus vlciscere-  
 tur, Saracenos ex vicina Mauritania in  
 Hispaniam inuitat. cumq; adiuncto in so-  
 cietatem consilij archiepiscopo Hispalensi  
 Optasio, Hispanis, qui alioquin Gothorum  
 imperium oderant, persuasisset, Saracenos  
 Christianam religionem, & priuilegia, sin-  
 gulis ciuitatibus & principibus libera re-  
 licturos ac defensuros esse: subito impetu,  
 tanquam torrente, intra paucos menses,  
 vniuersa Hispania in Saracenorum pote-  
 statem venit, quam continuos ferè octin-  
 gentos annos retinuerunt, donec auorum  
 memoria primum, à Ferdinando Catholi-  
 co, Caroli V. auo materno, penitus ex  
 Hispaniæ finibus iterum eiecti sunt.

Sed ad Herodotea redeo. in quibus eru-  
 dite ac belle concinnata narratio, de Le-  
 gatis Persarum impudicis, ab Alexandro  
 iuvene Macedoniæ rege trucidatis, in p. 153<sup>o</sup>  
 Terpsich. extat. Hi ad Amyntam Ma-  
 cedoniæ regem senem missi erant, vt ter-  
 ram & aquam, se suaq; omnia, Dario de-  
 deret. Amyntas reuerenter eos, conuiuio

Bbb 5 etians

26 D. CHYTR. PRÆF.

etiam magnificè instructo excipit, & pe-  
 rentibus, virgines ac matronas nobiles ex  
 Gynaceo ipsis absidere iubet. Erga has,  
 cum ebrj immodestius sese, osculis & sinu-  
 bus earū attrectandis gererent: Alexan-  
 der iuuenis, Amyntæ filius, hortator est  
 patri, ut cubitum ear, & quicquid seni ne-  
 cessariam petat, se hospitibus sedulo ipsius  
 loco adfuturum esse. Etsi autem pater, iu-  
 uenem, dolore & iracundiâ feruentem,  
 hortabatur, ne quid iuuenilis ætatis caloz  
 re inconsideratius, aduersus tanti regis  
 legatos, moliretur: tamen eo digresso, A-  
 lexander, Persas lasciuientes alloquitur,  
 ut Gynaceo aliquantisper secedendi, &  
 vestes mutandi facultatem præbeant. In-  
 cerea aliquot imberbes ac bellos iuuenes  
 mulierum vestibibus indui, & singulis pugi-  
 onem sub veste abdi iubet. Hos in conuiu-  
 um reducit, & binos singulis Persis adside-  
 re iubet, ut pro arbitrio cum illis se totâ  
 nocte oblectent. Cum autem Persæ ebrj,  
 denuo impudicis verbis ac gestibus, sibi  
 assidentes adorirentur, dato per Alexan-  
 drum signo, ab assidentibus sibi vtrinque  
 adolescentibus, virginum more comptis,  
 Persæ confossi, eorumque ministri à cæteris  
 latel-

satellitibus Macedonicis interfecit sunt, ita ut ne vnus quidem cladis nuncius ex legatione illa ad suos rediret.

Inter alia etiam, Cambysis Persarum tyranni, scelera: incesta cum sorore consuetudo eminet, Quam cum coniugem ducere decreuisset, ex consiliarijs Iureconsultis sciscitatur, an Iure sororem ducere liceat: respondent hi, Nullam extare in Codice suo legem, quæ expresse id cõcedat. Sed aliam se inuenisse legem, quod regi Persarum liceat facere quicquid libet. Cum autem aliquandiu eam in matrimonio Cambyses habuisset: lachrymantem ob fratris Smerdis necem, excandescens grauidam interfecit. Ita ne gemitus quidem apud hunc tyrannum liberi fuerunt, Sed paulò post, pœnas Cambyses, & huius incestæ consuetudinis & aliorum scelerum dedit, cum insiliens in equum, suo ipsius gladio, ex vaginâ excidentè, vulneratus, inter horrendos animi male sibi conscij cruciatus, interijt, vitæq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Sed non Viciorum solummodò & turpitudinum, sexto Præcepto aduersantium, verius

α. α. π. p.  
207.

verum etiã Pudoris ac verecundiã, aliarumq; virtutum casti pudoris decus ornamentum, exempla Herodotus suppeditat. Quantum decus fuit in Pausania rege Spartano, cui cum post victoriam ad Plataas, captiva Coa, pulcherrimæ formæ, qua omnium in se oculos cõvertebat, præmij loco ex præda hostili adduceretur: intactam & inviolatam in Coum, unde à Persis abducta erat, remisit & parentibus suis restituit, ut postea Alexander Magnus, Darij conjugem & filias captivas ad se adductas, defixis pudore in terram oculis, aspicere intentiùs noluit, ne flammis illegitimi amoris accenderetur.

α. α. π.  
140.

In primis autem memorabilis apud Herodotum est, in uxoribus Minyarum castitas, & amor ac Fides conjugalis erga maritos tanta, ut seipsas mortis periculo exponere pro maritorum salute non dubitarent. Cum enim Minyæ, viri nobiles, ex Orchomeno pulsi circiter triginta, Lacedæmone ob qualescunque affectati regni suspiciones, in carcerem conjecti & ad necem damnati, mediã nocte capitali supplicio adficiendã essent: vxores eorum, magistratu assentiente, ut semel  
adhuc

adhuc ante mortem maritos alloqueren-  
tur, circa crepusculum ingressæ carcerem,  
consilium dant maritis, ut permutato cum  
mulieribus habitu, & velato per simulac-  
tionem doloris vultu, crescentibus jam te-  
nebris custodia exirent. Se maritorum  
vestibus indutas, manere, & eventum  
Deo commendare velle. Præfetti rerum  
capitalium, more Spartanis usitato, media  
noctē, supplicium de reis sumpturi, cum  
effugisse eos relictis uxorib. comperissent,  
re ad senatum delatâ, Mulierum fidei ac  
virtuti maritos condonant. & in Theram  
insulam, & postea Cyrenas, coloniam du-  
cturos, fideliter iuraverunt.

Cum autem custos casti pudoris Tem-  
perantia sit: ut Ebrietas omnis flagitij &  
spurciciæ fomes est, Nam Venus in vinis,  
ignis in igne, furit: pertinent ad hanc De-  
calogi legem. etiam EBRIETATIS ab Hero-  
doto commemorata exempla. inter quæ  
maximè eminent Cambysis tyranni teter-  
rimi cum cæteris sceleribus conjuncta E-  
brietas. de quâ vitandâ cum Prexaspes  
fidissimus ipsi amicus, monerèt: filium  
Prexaspis sisti ad limen aulæ tyrannus in  
convivio iussit, ac nisi potum capiti pueri  
impos

βαλ., 90.

impositum ebrius certissime feriret : de-  
inde, altero telo cor ipsius transfingeret ;  
merito se à Prexaspe, accusatum iri dixit.  
Cumq; cor pueri medium spiculo trajecis-  
set : conversus ad patrem, ridens inter-  
rogat, An non etiam ebrius certam ipsi  
manum habere videretur. Prexaspe, dis-  
simulato dolore, negavit, Apollinem i-  
psum certius jaculari potuisse. Huic histo-  
riæ epiphonema addit Seneca. O Regem  
cruentum, o dignum, in quem omnium suo-  
rum arcus vertantur. Alibi Persas ebrios

Clio. p. 29. de gravissimis rebus deliberare ait, Quas  
tamen postridie sobrii retractent.

Ad Septimi præcepti classem mirabi-  
lis illa de FVRE Ægyptio, sub Kampsi-  
to rege, narratio pertinet. Et de Glaucō  
Spartano Depositum hospiti Milesio ne-  
gante.

Ad VIII, in eadem Glauci historiâ,  
Oraculi versus, de pœnis perjurij, inter  
quos postremus est, ἀνδρὲς δ' εὐόγκος γενεῆ  
μετόπισθεν ἀμεινων, viri veracis et ser-  
vantis iuramentum posteritas melius ha-  
bebit. Et de Persarum educatione, quos

ait, a primâ etate institui, ἰππέειν, το-  
ξείειν, ἀλκιβεῖν, Turpissimum enim omni-

Ευτες. 69.  
ἔσατ. 180.

κλειω. 29.  
30.



um esse apud Persas, Mentiri. Secundò  
autem loco, Bre alieno premi tum alias  
ob causas, tum verò quod necesse sit, plus  
alijs debentem, quam dissolvere possit, sæ-  
pè multumq; mentiri, tametsi Darius ali-  
bi, non semper apertam veritatis faciem δαλ. 98.  
ostendendã, sed in loco mentiendũ esse, ubi 99.  
plus inde commodi & lucri appareat, &  
hostes dolo & fraude circumveniendos  
esse, aulico more disputat, congruente cum  
Ulyssis ad Neoptolemum Achillis filium Sophocl.  
præceptis. in Phil.

ΝΕΟ. Ἰκ ἀχρὸν ἠγῆ δὴθα, τὰ ψεύδη λέγειν  
ΟΔ. Ἰκ, εἰ τὸ σωθῆναι γε τὸ ψεῦδος φέρη.  
ΝΕΟ. ὡς οὐρ βλεῶων ἕς τὰυτὰ πολυμῆ  
σε λάλει  
ΟΔ. ὅτου ἡ δ' ἄρα εἰς κέρδος Ἰκ ὀκνῆν  
πρὸς.

De Calumnijs, quibus boni ac innocen-  
tes a deterioribus sæpe opprimuntur, pas-  
sim in Herodoto sententiæ extant, sed  
exemplum pænæ calumniatorum, in Xer-  
xis historia insigne recitatur, apud quem  
prælii Salaminij tempore, cum Phœnicēs  
nautæ, ignaviæ ac proditiōnis, Ionas ac-  
cusassent, quos fortissime, depressis ali-  
quot hostium navib. dimicasse, ipse cogno-  
verat; Phœnicibus delatorib. capita præ-  
cidi

cidi iussit, ἵνα μὴ αὐτοὶ κακοὶ ἄλλοις, τῶν ἀμεινωνας διαβάλλωσι, ne ipsi ignavi & imbelles, alios præstantiores calumniarentur.

P. 188.

Cum IX. & X. Præceptis, quæ non externa tantum scelera, sed interiores etiam animi cupiditates & affectus DEO displicere & prohiberi docent, congruit oraculi sententia in Erato, τὸ πρῶτον τῶν θεῶν, καὶ τὸ δεύτερον, ἵσθι δ' ὡς ἐστίν. Tentare Deum tacita cogitatione aut conatu delicti, & FACERE, æquale peccatum est, & similem pœnam apud DEVM mereatur. In maleficijs enim voluntas non exitus spectatur. Nam scelus intra se tacitum qui concipit illum, Facti crimen habet, ut Poëtæ versu utar.

Existimo autem, ex hac, Doctrinæ, seu concionum, & sententiarum, ac Exemplorum, quæ in Herodoti historia extant, in Decalogum distributione, perspicue intelligi, totam Herodoti Historiam, esse LEGIS divinæ sapientiam, Exemplis magnorum Regum & Principum illustratam, qua Gubernationis politicæ & vitæ privatæ consilia regantur. Duæ enim Res præcipue hominum sanorum consilia & actio-

actiones in Republicâ & vitâ privatâ gubernant, Doctrina seu Præcepta Legis DEI, & hinc extructæ, Ethica ac Politica. Deinde, Exempla consiliorum & eventuum ac pœnarum, quæ ferè conspectiora sunt, & altius in animos rudiorum penetrant, ac efficacius, quàm nuda præcepta, ad rectè factorum imitationem, & scelerum ac turpitudinis odium & fugam impellunt. Cùm igitur ambæ hæ Regule & Normæ vitæ, in Herodoto, purissima ac dulcissimâ Orationis formâ, & nectare ac melle suaviore, expositæ ac illustratæ extent ac eniteant: dignissimam homine studioso, & Utilissimam esse, ad rectum iudicium de Republica & communis vitæ actionibus formandum, & Sapientiam vitæ Gubernatricem, Historiæ Herodoti lectionem, & cum LEGIS Divinæ seu Decalogi præceptis congruere, manifestum est. Quod hac oratione demonstrandum mihi imprimis sumseram.

D I X I.

C TITV.

TITVLVS OPERIS  
 ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΑ,  
 εν εννέα τμήμασι, ἀ καὶ μὲν-  
 σκε καλεῖται.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗΣ

ΚΛΕΙΩ.

HERODOTI HALI-  
 carnasæi Historia, novem libris  
 comprehensa, quibus Mu-  
 sarum nomina in-  
 didit.

PRIMVS LIBER  
 qui inscribitur,

CLIO.

**H**ΕΡΟΔΟΤΟΣ, ET FRA-  
 ter Θεόδωρος, a DEO da-  
 tus, ab Ἡρα, Ἰανο, Αερ, ἀης  
 ab ἄκμῃ Ἡρώς, Heroico in-  
 genio & virtute excellens,  
 non plebeius, terrenus, sed vir aerius,  
 cœlestis, divinus. Nam Historiæ scripto-  
 res, sapientia & eloquentia præstantes,  
 multis seculis, vix singuli, in singulis gen-  
 tibus, a DEO DANTUR, ac vere Ἡρόδοτος  
 seu

seu Theodori sunt, qui de se prædicare possunt, Est Deus in nobis, agitante calescimus illo, Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Pater Herodoti, Lyxus Nobilis Halicarnassens. Mater Dryone. Cum patriam Lygdanis, filius Pisindela, filij Artemisæ & Mausoli, tyrannide oppressam teneret: secessit in Samum. Inde reversus expulit tyrannū. Sed postea civium, quos libera verat, odijs adversus ipsum accensis, cessit in voluntarium exilium. Et cum Colonia Actica, Thurios in Italiam dedus eius est, Ibi obiit. Epitaphium.

Ἡρόδοτος Λυξίω κρύπτε κόνις ἠδὲ θανάτου,  
 ἰάσθη ἀρχαίης ἰσοραίης πύτωνιν.

Δοριέων ἐκ πάτρίης βλασύντ' ἀπο, τῶν  
 γὰρ ἄσλητον (τῆσιν.)

Μῶμορ ὑπεκπροφυγῶν, δόξιορ ἔχε πᾶ-  
 Terra, satum Herodotum Lyxa, regit ista  
 sepultum, (ria:

Qui prisca Ionica landem habet histo-  
 Dorica produxit tellus hunc, unde fugat  
 Invidia, hac patriâ Thuride sedit humo.

Floruit circa annum mundi 3520. an-  
 nis 440 ante Christum, οὐγγον Εσδρα  
 & Nehemia. Attigit initia belli Pelopon-  
 nesiaci, cuius meminit duobus in locis sol.



Ex Suida &amp; Ariano.

*Hecatomnus Halicarnassi rex*reg. WX.  
172.

Mansolus—Artemisia, Idriens. Ada. Pyxo-	
	dorus gener Sy-
Pisindelis	onnesis Cilicar.
	regis fil.
Lygdamis, quo Halicar-	Ada
nassum tenente Hero-	
dotus in Samum secessit.	

**H A L I C A R N A S S U S**, Principum Cariae regia, in Cariae peninsula sita, ἄλι-  
 mari, κάριον, ἄλιον, insula, olim Zephy-  
 ra, hodie Cosmeti dicta, long. 57. 50.  
 lat. 36. 10. Celebris **M A V S O L O** re-  
 ge, filio Hecatommi, & Artemisia uxore  
 Mansoli, ac sorore, cuius in πολυμνία &  
 Urania, Herodotus meminit. Item, fonte  
 Salmacide, cuius Ouid. lib. 4. Metamorph.  
 Cicero in officijs Salmacida spolia. Origo  
 urbis prima fuit ab Antho, quem Træ-  
 zen Pelopis filius, Træzenem in Pello-  
 ponneso occupans, eiecerat. Is pulsus, in  
 Cariam traiecit & Halicarnassum condi-  
 dit. Patriam Herodoti historici et Diony-

lij

*ſij Halicarnaſſei Superioris, qui Auguſti tempore floruit, et poſterioris Rhetoris, qui Adriani temporibus fuit. Alexander Magnus poſtea urbem magno labore expugnauit, lib. 1. Ariani.*

### ἹΣΤΟΡΙΑ

*à verbo ἱστορέω, quod inquirere, interrogare, diſcere, inſpicere, narrare, & narrando oculis ſubiicere, ſignificat. ἱστορία in genere aſpectionem, conſiderationem, narrationem, explicationem rerum propoſitarum denotat, vt *Historia naturalis*, Plinij .i.e. conſideratio & explicatio naturæ rerum, Cæli, meteoron, Terræ, Animalium, Plantarum, metallorum, à Plinio ſcripta, *Historia Animalium*, deſcriptio ſeu expoſitio naturæ, partiũ Generationis, morum, & ἁντικειμένων Animalium, ab Ariſtotele relicta.*

*Hoc autem loco, HISTORIA eſt rerum magnarum, à Deo & magnis principibus, in Imperijs et Rebus publicis bello & pace geſtarum, ſapiens & diſerta expoſitio. cuius contexendæ artem Cicero in ſecundo de Oratore tradit. Prima hiftoriæ Lex eſt, ne quid falſiſcribere audeat,*

deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua similitatis. Ipsa autem ex ædificatio posita est in rebus & verbis. Rerum ratio, ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem: Vult etiam, quoniam in rebus magnis memoriaq; dignis, consilia primum, deinde acta, postea eventus expectantur, & de consilijs significari, quid scriptor probat: & in rebus gestis declarari, non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo, et cum de eventu dicatur, ut causæ explicentur omnes, vel casus, vel sapientiæ, vel temeritatis, hominumq; ipsorum non solum res gestæ, sed etiam qui famâ ac nomine excellant, de cuiusq; vita atq; natura. Verborum autem ratio, & genus Orationis iustum atq; tractum, & cum lenitate quadam læquabili profluens, siue hac iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis, prosequendum est.

Differunt autem:

I. Historia, copiose sapienter et disertè scripta, Herodoti, Livi, nostra ætate Francisci Guicciardini, Pauli Iouij.

I 2.

II. Chronicon, Epitoma historiae, seu brevis annotatio temporum & praecipuarum rerum in Ecclesia & Imperijs gestarum.

III. Annales, singulorum annorum eventus breviter annotatos continebant, ut apud nos Sigeberti, Wispergensis, Reginonis.

IV. Diaria, Ephemerides, Tacuini, ut Romae Commentarii rerum urbanarum, in quibus perscribebant, quid singulis diebus in senatu & foro accidisset. Hos in provincias proconsulibus & alijs mittebant. Adversaria, in quibus quotidie annotabant accepta & expensa.

Ἐν ἑννέα τμήμασιν, novem sectionibus, libris seu partibus distincta. ἀ τῆ μὲν ἑξῆς, unde T O M I, ἀ πρᾶτερο μέδιο τέτομα.

ἄξιον μούσας καλεῖ.  
quibus MVSARVM nomina indidit.

Nam in Olympijs, HERODOTUS, libros Historiarum suos recitante, tanta cum admiratione sapientiae illius ac eloquentiae, ab auditoribus excepti sunt &

C 4 uz

ut Musas ipsas, non eruditius & suavius  
hac eloqui potuisse judicarent. Quo censo-  
rum iudicio delectatus, Musarum Nomi-  
na singulis libris præscripsit, de quo Epi-  
gramma studiosi meminerint. Lucianus:  
Ἡρόδοτος μῦθους ὑπεδέξατο, τῶν δ' ἄρ  
ἐκάσκη,

ἀντὶ φιλοξενίας βιβλὸν ἔδωκε μίλῳ.

In Olympijs Herodotus ἄδων τὰς ἰσορίας  
καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἀλλ' ἢ τῶν  
μῦθους καὶ θηναίων τὰς βίβλους αὐτῶν ἐννέα  
αὐτὰς οὖσα. μῦθους δ' μαίωμα seu μῶσαι  
nomen habere existimantur, quod inqui-  
rere & investigare significat, vel μελῶ-  
σαι per Syncopen, vel ὁμοῖσαι pari ne-  
inquire. xu conjunctæ & cognatæ artes, vel ἀ-  
re, inve. μῦθον docere, sacris imbueri. Theognis:  
stigare. κρη μῦθῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἰ τι  
περίσσοι,  
docere, e. εἰδὲν σοφίης, μὴ φθονερόν τελέθειν.  
dere, alijs Ἀλλὰ τὰ μῦθον μῶσαι α τὰ δὲ δυνάμει β  
communis ἄλλα δὲ ποιῆν.  
care. τί σφιν χήσεται μῦθον ἑπιστάμων.  
c Ad quid utetur, seu quid proderit do-  
condere, ἔτρινα ἑπὶ σοφίᾳ. nam ne sapientiam  
componere. quidem mihi optarem, si solus ea frui de-  
ve. berem, inquit Seneca. & alibi, Philoso-  
phia

phia tria promittit : *Sensum communem* (*rectum iudicium*) *Humanitatem* (*Iustitiam copulatam cum virtutibus mitioribus*) *Congregationem* i. e. *studium fouendi communem societatem*, non faciendi *dissipationes*.

*Vulgo autem MUSARVM nomine, omnis doctrina bonarum artium, seu tota Philosophia, & omnia sapientiæ ac eloquentiæ studia comprehenduntur, quæ* Δευμασὰς ἔχει ἡδονὰς τῆ καθαρῆότητι καὶ τῶν ἑσπερίων, *admirabiles & maximè sinceræ & firmas voluptates pariunt, & immortalẽm gloriam adferunt suis cultoribus, & aliis, qui doctrinæ & literarum monumentis celebrantur. Estq; hoc proprium Musarum munus, juxta Theocritum, ὕμνῶν ἀθανάτων, ὕμνῶν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν, & Hesiodum in exordio Theogoniae & ἔργων: μῦσαι πλεῖσιν περ ἀοιδῶν κλείουσι.*

*Ideo pler. aq; omnes Musæ à celebritate & vera voluptate nomen habent. Dicuntur filiae Iovis & Memoria. Omnes enim artes Dei dona sunt, & radij mentis ac sapientiæ divinæ, & divinitus mentes Poëtarum & Doctorum ad discendum*

Ταμῶν.

Et scribendum incenduntur. Memoriae filiae dicuntur, quia Thesaurus Et custos omnis doctrina est Memoria. Tantum enim quisque scit, quantum memoria tenet, Et ubi res ac usus postulat, in promptu habet.

Olim iidem fuerunt homines D O C T I seu Philosophi, P O E T A E, M V S I C I, qui doctrinam de Deo, naturam rerum, moribus, historias regnorum, carminibus comprehensas, viva voce ad Lyram vel alia instrumenta musica cecinerunt, ut Orpheus, Linus, Simonides, Pindarus. Nec quicquam aliud est P O E T I C A Et M V S I C A Vetus, quam Philosophia carminibus Et numeris concinna, ut maiori cum suavitate in animos auditorum illabatur, sicut Lutherus, Germaniae Orpheus, doctrinam de Deo, carminibus seu rhythmis concinnis cecinit, ut apud Virg:

Citharam cinitus Iopas

Hic canit errantem Lunam, Solisque labores,  
Vnde genus hominum Et pecudes, vnde  
imber Et ignes

Arcturum, pluuiasque Hyadas .i.e. Physicam Et Astronomiam.

Me

Me verò primùm dulces ante omnia Musæ  
Accipiant, cæliq; vias & sidera monstrant.

Lyra Mercurij septem chordas habu-  
it, quibus septem artes liberales significa-  
te sunt. Πολυμυξ; Grammatica, lite-  
ris suis omnium rerum bonarum memori-  
am conseruans, & cæterarum artium &  
virtutum laudes celebrans.

Euterpe, Dialectica. Melpomene, fo-  
rum demulcens Rhetorica. Terpsichore,  
ordinis amatrix Arithmetica. Thalia,  
Geometria, cuius commodis exulta vita  
flore. Erato, Musica. Urania, Astronomia.  
His septem chordis duæ ab Orpheo additæ  
sunt, Calliope, P O E S I S, omnes priores  
artes complectens. & Clio, Historia. Ideo  
Herodotus, primo libro, indidit nomen  
Musæ C L I O, præsidis historia-  
rum, quæ à celebrandis virtutis  
bus & rebus gestis illu-  
striam virorum no-  
men habet.

ARGV-

# Argumentum PRIMI LIBRI.

**P** R I M U S H E R O D O T I  
 liber, Historiam annorum 180.  
 à Gyge Lydorum rege (qui anno  
 mundi 3254, una cum Ma-  
 nasse rege Iuda regnare cœpit) usq̃ ad  
 CROESVM abnepotem ipsius à Cyro ca-  
 ptum, & initia Monarchiæ Persicæ, mor-  
 temq̃ Cyri recitans: duas præcipue par-  
 tes duorum videlicet potentissimorum A-  
 siæ regum, CROESI LYDI, & CYRI  
 Persæ, vitam & res gestas continet:  
 quibus magnam varietatem narrationum  
 dulcissimarum, & multa illustria virtu-  
 tum & vitiorum & pœnæ scelerum e-  
 xempla, & insignes Gnomas ac Regulas  
 consiliorum & actionum vitæ intexit.

Ac initio statim, post commemoratas  
 causas bellorum inter Græcos & Barba-  
 ros, quibus vagæ libidines, (quas Deus  
 mens casta, totarum urbium & gentium  
 excidiis

excidiis sæpè punit, ) & raptus Io, Eu-  
ropæ, Medææ, & Helene occasionem pri-  
mam præbuerunt : CROESI historiam, à  
natalibus seu abavo illius Gyge orditur,  
qui primus in eam familiam regnum Ly-  
dorum transtulit, interfecto Candaulo  
Heracida, cujus fatalem mentis perver-  
sionem, qua finem regni & vitæ sibi at-  
traxit, bellissime composita narratione,  
& speciosis ac optimis Noëmaticis illu-  
strata, ἡλιὸν γὰρ καὶ δ' αὐτῆς ἡλιεὶς κακῶς.  
ΤΙΝΑ ΣΚΟΠΕΙΝ ΤΑῚ ΕΑΥΤῶΝ. Σὺ δ' εὐμαι, μὴ  
δέεσθ' ἀνόμοιρον ἅμα χιτῶνι ἐκδυσμυλῶς συ-  
νεκδύεταί καὶ τῶν αὐτῶ γυνῆ demonstrat.  
Gygæ Ardys successit. cujus tempore,  
Cimbri Asiã per vagati, Sardes cœperunt,  
Quos Ardys nepos Alyattes, Cræsi pater,  
circa excidii Ierosolymsæ tempus, rursus  
ex Asia eiecit. Is amicus fuit Periandri  
Corinthii, ad quem Arion Musicus, del-  
phino vectus, incolumis evasit.

Sed in ipsius CROESI, regis potentia  
& opibus florentissimi, historia, loci ma-  
ximè memorabiles sunt. Primo Colloqui-  
um ipsius cum Solone, qui nullum homi-  
nem, ante vitæ finem, beatum esse judi-  
candum

candum affirmavit, eò quod singuli ante mortem, ex summâ felicitate in tristissimas calamitatès incidere possint, ὅτι τῶν ἁπάντων συμφορῶν, quia homo hoc totum quod est, omnibus calamitatibus & aduersis casibus obnoxium sit. Itaq; Tellum, qui pro patriâ fortiter pugnans victor occubuerat, & Cleobin ac Bitonem, sacerdotis Arginæ filios, qui suis humeris jugum subeuntes, matrem in templum vexerant, & facto sacro placide obierant, longè CROESI felicitati Solon antepo- nit. Quâ de causâ etiam à CROESO, tanquam fatuus, ex aulâ dimittitur, & in Aesopum, casu tam obuium, incidens, monetur, cum Regibus ἠ Ἰνδισα, ἠ Ἰνδισα lo- quendum esse.

Fit in eadem Solonis oratione etiam Anni Græcorum vetustissimi mentio, qui cum viderent, dum sol annuo cursu si- gniferum peragrat, Lunam novam inter- dum duodecies, interdum tredecies oriri: Existimarunt anni spacium continere duo- decim menses, quibus singulis, Aegyptio- rum more, 30 dies tribuerunt, & alter- nis annis, integrum mensem 30 dierum intercalarunt. Sed huius antiquæ & rudis.

rudioris formæ annorum emendationes,  
ab Eudoxo, Metone, & aliis postea insti-  
tuta sunt.

Deinde, exemplum Excommunicatio-  
tionis & receptionis pollutæ injustâ cæde,  
propositum in Adrasto, nepote Mydæ regis  
Phrygum, consideretur, qui ob fratrem  
casu interfectum à patre excommunica-  
tus, certis ritibus à C R O E S O expiatur.  
Postea, insignem comonefactionem, de u-  
tilissimâ Regulâ vitæ: Eeceris haud quic-  
quam, nisi quod fecisse necesse est, Quamq̃  
dedit, norma est una sequendâ, Deus:  
suppeditat C R O E S I historia, qui erro-  
re consilij, et fiducia propriæ potentia, bel-  
lum non necessarium aduersus Cyrum  
mouens, tristissimas calamitates sibi &  
toti regno accersit. Præterea, Oracula  
CROESO data, σαυτορ γινώσκωρ ευδαι-  
μων κροισε περᾶσει, Item, κροισε εἰλυ  
διαρᾶε, μεγαλιω ἀρχιω καταλύσει: &  
status Reipub. Atticæ, tempore captivi-  
tatis Babylonice, Pisistrasi tyrannide op-  
pressæ; & Lacedæmoniorum, cum quibus  
societatem belli aduersus Cyrum, CROE-  
SUS init, consideretur.

Postre-

Postremo, insigne exemplum Incon-  
stantiæ fortunæ & fragilitatis maximæ  
potentiæ & omnium rerum humanarum  
in CROESO propositum, qui prælio vi-  
ctus & Sardibus à Cyro obsessus, capitur,  
& rogo imponitur, IRVUS ET EST  
SVBITO, QUI MODO CROE-  
SVS ERAT.

ALTERA pars primi libri, in hi-  
storia CYRI, monarchæ Persarum primi,  
splendidè explicanda consumitur: Quem  
heroica virtute, sapientia, justitia & fe-  
licitate in rebus gerendis ornatum, Deus  
ad Imperij fastigium evexit, ut non solum  
punitis tyrannis, leges, iudicia, & disci-  
plinam, in magna parte generis humani  
restitueret, verumetiam Ecclesiæ Dei, &  
Israelitis in Imperio Babylonico captivis,  
opem & salutem ferret: & Ecclesiam  
ac Politiam Iudaicam instauraret, sicut  
de eo, ducentis ante annis, Esaias nomi-  
natim prædixerat: Qui dico Cyro, pastor  
meus es, & omnem voluntatem meam  
completebis, Qui dico Ierusalem ædificabe-  
ris & templo fundaberis. Hæc dicit Do-  
minus Christo meo, Cyro, cujus apprehen-  
di de-

di dexteram, ut subiiciam ante faciem eius  
gentes & dorsa regum vertam. Huic to-  
ti vaticinio, non modò eventum respondisse,  
Esdras & Daniel testantur, verum etiam  
lucem adfert hæc Herodoti narratio: qui  
ipsius parentes, nativitatem, & ad necem  
expositi, ac mirabiliter conservati educa-  
tionem, & res gestas, victo Astyage,  
CROESO, Ionibus, Caribus, Lyciis  
& Babylonijs, prolixè & dulcissimè de-  
scribit.

Sunt q̄ in singulis hujus historię parti-  
bus insignes loci, ut pœna crudelitatis in  
Astyage Medo, qui & nepotem exponit,  
& Harpago proprium filium comedendum  
apponit. Mores Persarum apud quos tur-  
pissimum fuit mentiri, deinde, ære alieno  
oppressum esse, quia necesse sit multis de-  
bentem sæpè mentiri. Origines duodecim  
urbium Ionicarum, in Asia annis 522 an-  
te Cyri bellum conditarum. Exilium Pho-  
censium, qui Veliam in Italiâ, & Massyliam  
in Galliâ condiderunt. Carie & Lyciorum  
calamitates. Descriptio urbis & T V R-  
RIS ac Regni Babylonici à Cyro capti. De-  
liberatio Cyri de bello Massagetis inferen-  
do, quod CROESVS dissuadens, his  
D verbis

verbis inter cetera utitur, τὰ μοι πάθη  
ματα, τὰ ἔοντα ἀγνοῖσα, μαθήματα γέγο-  
νε. εἰδ' ἔγνωκε ἀθροῦσ' ἄρ' ἐκείνο πρῶ-  
τον μάθε, ὡς κύκλῳ τῶν ἀνδρωπῶν ὅτι  
πρῶτον. περιφροῦσ' δὲ ἔκ' ἐκεί-  
του χυτοῦς εὐτυχίαι. Sed Cyro, suae poten-  
tiae & fortuna fiducia bellum non necessa-  
rium manenti, & in acie interfecto, caput  
praeisum est, quod Tomyris regina in us-  
trem humano sanguine plenum coniecit,  
addito hoc verbo: Quia sanguinem huma-  
num sitisti, sanguine humano saturabere.

Cum autem Xenophon narret, Cyrum  
regem Persarum placide domi suae mortuo-  
rum esse, existimant aliqui, Cyrum Medum,  
Darii Medi fratrem & successorem, cuius  
soror Mandane, Cyri Persae mater fuit, a  
Tomyri Massagetarum regina occisum, &  
hujus exitum, propter nominis similitudi-  
nem, ad Cyrum Persam ab Hes-  
rodoto translatum esse: de quo in  
libri primi calce denique  
monebo.

EXOR.

Primi Libri

58

EXORDIVM

A RE IPSA SEV PRO-  
positione sumptum, sicut omnes  
sapientes scriptores, Poetae, & in  
ecclesiâ Prophetæ, libros  
suos ordiuntur,

*Verba (conciones) Feremia fi-  
lij Helchia, Anathotei.*

Visio (Prophetia) Esaiæ,  
filii Amos.

Ἡγοροῦτος Ἀλικαρνεσσίου Ἰσογίης  
ἑκασόδεσις ἡδε.

Herodoti Halicarnassei Historiæ edi-  
tio (explicatio) hæc (est.).



HISTORIA EDITA AB  
Herodoto Halicarnasseo, ne  
ea, quæ antea acciderunt, in  
oblivionem hominum veni-  
ant. Sen, Herodotus Halicar-  
nassens edidit hanc historiam, ne ea, quæ

D 2

iii

in mundo gesta sunt, ex hominum memoria tempore deleantur, [exolescant] nec insignia facta & admiratione digna, partim à Græcis, partim à Barbaris edita, obscura & ingloria maneat, tum alia, tum verò quibus causis adducti bella inter se gesserint. Non fumum enim ex fulgore, sed ex fumo dare lucem instituit.

ἀποδείξει, diphthongo ei, more Ionico intercisa, pro ἀπόδειξις, demonstratio, editio, explicatio, specimen ἀπόδειξις Hæc Historia scripta, edita, publicè exhibita, & non solum in Olympijs, sed toto generis humani theatro proposita & explicata & demonstrata est ab Herodoto Halicarn.

ὅτι χρόνος ἴσθιτῆλα χιῖται, à Tempore edace & omnia consumente deleantur ac exolescant, evanescant: Nam ut in Epigrammate Græco est:

Ἀργαλέως φέρεται πολλὸς χρόνος, ἀλλὰ παρέρωρ,

Ἐφωάε κλέπτει φθεγομύων μερόπων.

Ἐμὴ φαινόμενος τοὺς φαινόμενους ἀφανίζει.

Ἐμὴ φαινόμενους, εἰς φανερόν προσφέρει.

Ἰσθιτῆλας infra fol. 156. 46.

Βαρβάροισι. Barbaros Græci vocant, omnes alienâ linguâ utentes, seu inquinatæ ac

tē ac sordide loquentes: omnes Græcæ lin-  
 gua, humanitatis ac elegantia, literarum  
 & morum expertes. Ut infra de Scy-  
 this, & Ponti Euxini accolis, Herodotus  
 inquit: ἔθνεα ἀμαθέσατα εἶναι. Derivant  
 Barbaros ἀ βάρβαρος. βάρβαρος, lutum,  
 cœnum. Plato Dialecticē ait: βάρβαρος  
 βάρβαρος τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατε-  
 ρευσυγμῶν, ἡρέμα ἔλκει καὶ ἀνάγει ἄνω.

*Vsitatum autem est plerisque gentibus,  
 paulo cultioribus, alias præ se ut barbaras  
 contemnere, ut nunc Itali multi ex alto  
 cæteras nationes, præ se velut barbaros  
 despiciunt. Sed multo grauius & veriùs in  
 libro de laudibus Philosophiæ seu Phædro  
 Sadoletus pronunciat, non solum in Ita-  
 liâ, quæ semper omnium bonarum artium  
 parens iure existimata est; verum etiam  
 trans alpes in Germanis quàm multos iam  
 existere, qui se ad politiores dedant lite-  
 ras: & insectentur eorum infantiam, qui  
 audeant præclaras & Philosophiâ senten-  
 tias, sermonis ruditate, tanquam cœno  
 aliquo inquinare. Qui quidem tali ingenio  
 præditi, Barbari certe non sunt. Non e-  
 nam, quos à nobis aut montium excelsi-  
 tas,*

tas, aut latitudo equorum disiunxit, sed  
quâ, cum vera religionis cultu, non peras-  
gravit humanitas & artium amor inge-  
nuarum, ea certa, & sola est barbaria.

Περσέων μὴν οἱ λόγοι.

Perfarum scriptores seu docti.

CAVSÆ Bellorum inter Græcos &  
Barbaros primæ fuerunt VAGÆ libidi-  
nes. quæ exemplum sunt. Regula, Scor-  
tatores & adulteros punit Deus. Omnis  
anima, quæ fecerit abominaciones has, e-  
radicabitur. Sapissimè enim proxima &  
velut πρὸν Τροίας causa mutationis  
& everisionis regnorum & civitatum fu-  
erunt, Libidinum confusiones, ut testantur  
Sodoma, Theba, Troja, Exilium Davidis.  
Reges Romæ ejeti propter stupratam Lu-  
cretiam. Saraceni in Hispaniâ primùm in-  
vitati A.C. 718. ob Cabadâ, Iuliani comitis  
Ceptæ filiam, à Roderico rege Gothorum  
stupratam, quem Saraceni, à patre puelle  
attracti, ejecerunt.

Ὁμοίως φασὶ Ἰουδαῖοι τῆς Διαφορῆς αὐτῆς.  
Perfarum Historici narrant, Phœnices  
primos causam fuisse dissensionis  
inter Græcos & Barbaros.

PHOE.

PHOENICES ab ostio Eleutheri  
 B. supra Tyrum & Sidonem, usq; ad Pe-  
 lusium Aegypti urbem, in littore maris Sy-  
 riaci habitauerunt. Olim CANANEI, à  
 Canaan, filio CHAM, sen Iovis Hammo-  
 nis Aegypti regis I. nominati, quæ vox pro-  
 priè mercatorem significat. Suntq; idem  
 populi ab Hebræis Cananei, à Græcis Phœ-  
 nices appellati, à quibus in Africâ Punici,  
 Pœni, aspiratâ consonante φ in tenuem τ  
 & οι, in υ, vel α mutata, dicti sunt.

Excelluerunt autem Phœnicie urbes,  
 Sidon, Tyrus, Berytus, Sarepta, & aliæ,  
 non solum navigationibus longinquis, &  
 multarum gentium commercijs, verum  
 etiam studijs doctrinarum, Astronomiæ in-  
 primis, & Arithmeticæ, & artibus nava-  
 libus ac metallicis. Ideo ex Phœniciâ, li-  
 teræ & artes in Græciam primum allatæ  
 per Cadicum feruntur.

Ἀπὸ τῆς Ερυθρῆς θαλάσσης.

à Mari Rubro, quod à rege Erythraeo,  
 Persei filio, sic nominatum est. Alioquin  
 ejusdem coloris, cum ceteris maribus.

○ • • • • • Agud

Apud Ptolemaeum, Sinus Arabicus. inter Ægyptum & Arabiae Felicis littora opposita, ferè per 260 miliaria porrigitur, sicut nostrum mare Balthicum ab urbis Lubeca portu, inter Germania, Liuonia, Russia, & opposita Dania, Suecia, Finlandiae littora, simili ferè spacio Viburgum vsq; sub circulo Arctico extenditur. Quod autem de Phoenicibus olim maris rubri accolis hic significatur, infra τὸν αὐτὸν pag 214. repetitur prolixius.

ἔς Ἀργῶν.

Decem hoc nomine civitates & oppida, in Graecia & vicinis aliquot regionibus & insulis, à Stephano memorantur. ex quibus clarissimum & nobilissimum fuit Ἴμπρος seu Ἄργον ARGOS, in Peloponneso, quam Pelasgi prius, inde Achaei, postea Ægyptij ab Inacho & Danao orti, deinceps Pelopidae, tandem Dorienses & Heraclidae imperio tenuerunt.

Nomen ARGOS vel Ebraeum est, à Navi, q. d. Navi aduecti ab Inacho vel Danao Ægyptio, qui Diodoro teste, urbem condidit; vel ab Argo rege, Iasi nepote, prius.

prudentiâ & sagacitate animi præstante,  
ob quam  $\omega\alpha\nu\acute{o}\pi\eta\kappa\epsilon$  et toto corpore ocula-  
tus in fine secundi Metamorph. dicitur. Ex  
hac vrbe, I O, seu Inachi, seu Iasi filia, in  
Ægyptum abducta est.

ARGOS Amphilocheicum, ab Alceo-  
ne Amphiarai filio, vel Amphilocho illius  
fratre, in sinu Ambracio, non procul a fi-  
nibus Acarnaniæ, conditum refert Thucy-  
dides fine libri. 2.

ARGOS Pelasgicum in Thesalia  
ad Phthiam nominat Homerus in ca-  
talogo.

Argos Oresticum, in Orestide Epiri  
regione.

Argos Diomedeam, in Italiâ, dictum  
Argyripa & Arpi, &c.

$\tau\omega\ \epsilon\upsilon\ \tau\eta\ \nu\acute{\omega}\ \epsilon\lambda\lambda\acute{\alpha}\delta\iota\ \kappa\alpha\lambda\epsilon\omicron\mu\epsilon\upsilon\eta$ .

$\epsilon\lambda\lambda\eta\upsilon\alpha\epsilon\varsigma$ , Homer:, inter Thesaliae populos,  
Achillis subditos, ad Phthiam recenset, quæ  
postea communis totius gentis appellatio  
facta est ab HELLO seu Hellene filio  
Deucalionis & Pyrrhæ, abavo Iasonis, qui  
circa A. M. 2450. vixit. Recentior est  
Græciæ appellatio, à Græco, filio Thessali,  
nepote Iasonis.

Deucalion.

HELLEN, à quo Græci Ἑλλήνες dicti.

Æolus

DORVS.

Cretheus

Amythaon.

Æson

Atclampus

Bias

IASON

Antiphates

ex Medea.

Amphiarans

Talaus

Thessalus.

Alcmaon. Amphiloclus.

Adraestus.

GRÆCVS, à quo Græcia nomenclaturam recentiorem extitisse Stephanus testatur.

Ἐπὶ τῷ Ἰνάχῃ.

Meta.  
morph.  
lib. 1.

IO, filia Inachi, regis Argivorum in Ægyptum pervenisse dicitur, ubi ex Iove seu Rege Ægyptio, Epaphum genuit, & stirps fuit nobiliss: familiarum, Danaï, Cadmi, Persei regis Mycenarum, Herculis, etc. Postea Ægyptij honores divinos illi devulerunt. Ideo in vaccam mutata dicitur.

Quia

Quia Ægyptij, Bovis imagine Deum colue-  
 erunt, Exod. 32. Id si tempore Phaëthon-  
 tis accidit, incidet in annum M. 2110,  
 quo Iacob natus est. Sed Berofus, distin-  
 guit Io filiam Inachi, quæ circa annum M.  
 2550 tempore Iudicum, à Phœnicibus ab-  
 ducta est: ab Io Ægyptiâ, Osiridis conju-  
 ge, multò antiquiore.

Inachus

Io, nupta regi Ægyptio.

Epaphus seu Apis

Libya

Belus

Ægyptus, Danaus, Agenor.

Stirps Regum Ar-  
 givorum, Myce-  
 narum.


Cadmus, Europa,  
 stirps Re- stirps re-  
 gum The- gum Cre-  
 banorum, tensum.

Ἡ ἑταίρα τοῦ βασιλέως Ἰουάννου Ἐργάτου.  
 Regis (Agenoris) filiam Europam.

Epaphus

Epaphus, seu Apis, Ægypti rex, quem ex Io, Inachi filia, natum esse, Ovidius ostendit Libye.

BELVS.





bus concervatos, defraudatis heredibus  
 rapuit. IASON igitur, Phryxi pa-  
 truelis & haeres legitimus, aurum à  
 Phryxo relictum reprensens, cum sponte non  
 redderetur: adjunctis sibi praecipuis ex  
 Graeciâ principibus cognatis & affinibus  
 suis, bellum illud suscepit, cujus historia  
 ab Orpheo, Appollonio, & Ovidio lib. 7.  
 Metamorph. descripta legatur.

Ἀλεξάνδρον τὸν Πριάμῳ

Alexandrum seu P A R I D E M,  
 filium Priami.

Iupiter ex Electrâ, Pleiade,  
 Atlantis filia.

D A R D A N U S.

Erichthonius.

ILV S, à quo Ilion.

Laomedon.

P R I A M U S.

Alexander seu P A R I S, Hector. AENEAS.  
 Perseus.

Assaracus

Capys

Anchises

Perseus

Perieres — Gorgophone — Osbalus  
 Leucippus, Aphareus — Arcue. Tyndareus — Leda.  
 Phæbe, Elaira. Idas, Lynceus, Rex Sparta.  
 raptæ à Castore. | Ca. Pol. Hæ. Cly.  
 & Polluce. Cleopatra Me- stor. lux. LE. te-  
 leagro nupta. NA, nupta Me- mne-  
 nelao, raptæ ab Aleo. Stra.  
 andro Priamide.

Ἰλλυαὶ, Λακεδαιμονίῃ ἐνέκερ γυναικῶν,  
 σόλον μέγαν συναγωγῆσαι, καὶ Πρία-  
 μος Διναμὴν καὶ κλέϊν.

Græco, Laconicæ mulieris causa,  
 classem magnam congregasse, &  
 Priami regnum [Troia-  
 num] evertisse.

Græviorem & feriozem susceptæ ad  
 Trojam Græcorum belli causam recenset  
 Isocrates in Parthenaico. Agamemnon στρα-  
 τῶπεδον συστήσας ἐπὶ τοῖς βαρβάρῃς ἡγα-  
 γει, λόγῳ μὲν ὑπὲρ Ἑλένης τῆς μενελάου γυ-  
 ναικῆς, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τῷ μὴ πύλῳ Ἑλλάδα πᾶ-  
 ρα ὑπὸ τῶν βαρβάρων, μήτε τοιαῦτα, μήθ'  
 οἷα πρότερον. αὐτὴ σπέπειρε περὶ τῷ Πέλο-  
 πιδῳ μὲν ἀπ' ἅσπερ Πελοποννήσου καὶ Ἀλκίπυρου,  
 Δαναοῦ δὲ τὴ πόλεως τὴ Ἀργείων, καὶ ὁ μὲν δὲ  
 ἄλλων. Αγα.

Agamemnon exercitum congregatum aduersus Barbaros, duxit: verbis quidem pro Helenâ vxore Menelai: reipsâ verò, ne à Barbaris pateretur Græcia, vel eadem, vel qualia ante ipsi acciderunt, cum Pelops vniuersam Peloponnesum: Danaus autem civitatem Argos: Cadmus Thebas occupasset.

Cœpit autem expeditio ad Troiam A. M. 2772. & decimo post anno, 1 L I V M ceptum, & Priami regnum euersum est A. M. 2782. ante Romam conditam 430. ante natum Christum 1280. Historiam belli Troiani, solutâ oratione scripserunt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. carmine HOMERVS, cuius Iliada, ἑφοδίου πολεμικῆς ἄρετῆς Alexander Magnus nominavit. & Basilus, πῶς οὐ πῶς οὐκ οὐκ ὁμῆρα ἄρετῆς ἑπαινῶν εἶναι, scripsit. ARGUMENTUM Iliados & Odysseæ Homeri, ex epistolâ Horatiij, Trojani belli scriptorem, adolescentes ediscant.

Fabula, qua Paridis propter narratur  
amorem

Græcia Barbaria lento collisa duello,  
Stultorum regnum & populorum continet astus.

Antenor

Antenor censet belli præcidere causam.  
 Quid Paris ? ut saluus regnet, vivatq;  
 beatus.

Cogi posse negat. Nestor componere lites  
 Inter Peliden festinat, & inter Atriden.  
 Hunc amor, ira quidem communiter urit  
 utrumq;.

Quicquid delirant reges, plebuntur Achivi.  
 Seditioe, dolis, scelere, atq; libidine, & irâ,  
 Iliacos intra muros peccatur, & extra etc.

τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ ποικίλα  
 αὐτῶν μικρὰ γέγονε.

Quæ olim magnæ erant civitates,  
 earum multe nunc parvæ  
 factæ sunt.

Floruerunt olim in hoc littore Balthi-  
 co vrbes populosa & amplæ: V Linum  
 [quod nunc exiguum oppidum est, V Volin]  
 V Vineta prope V sedon, ARCona in Ru-  
 giâ, quæ prorsus extinctæ sunt. V Visburg  
 Gotlandiæ in seruitutem redacta. Argos,  
 Athenæ, Lacedæmon, Ephesus, et aliæ in  
 Græciâ et minori Asiâ, vrbes olim maxie  
 mæ, nunc in vicos redactæ sunt.

E

AQVI,

AQVileiâ, Cæsarem olim sede, funditus eversa, Veneciæ vicinæ creverunt. In Aphrica, Carthagine solo æquata, nunc TVNETA, trans lacum habitatur. In Ægypto, Alexandriâ olim populosissimâ, nunc magnâ ex parte desertâ, ALCAIRUM floret: In oriente, Antiochiâ, Babylonæ, & plurimis alijs vastatis. sola ex antiquis Asiæ urbibus DAMASCVS floret.

τὸ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μέγιστα, πρῶτον ἦν σμικρὰ.

Quæ mea ætate [vixit autem Herodotus annis ante Christum 450] erant magna, prius parua fuerunt.

Sic quæ nostrâ ætate florent in hoc littore Balthico, vrbes magnæ, & frequentiâ hominum, commercijs multarum gentium, ac edificijs splendidis ornata, ante 400 annos adhuc parua oppida fuerunt.

LV Beca enim A.C. 1142. primum hoc loco inter UVaceniſſam & Dravum condita est.

Roflochium 1160. solum collem D. Petri complexa, duobus UVarnovij brachijs cingebatur.

Sundium

Sundium 1310. à Iarimaro Duce Ru-  
gæ fundata.

RIGA Livoniæ, 1200.

Revalia, 1223.

LIPSIa, 1121 fuit pagus donatus  
Episcopo Mersburgensi.

Dresda longè post fuit oppidulum Epi-  
scopi Misnensis.

Brunsvviga A.C. 867 primum incho-  
ta, deinceps paulatim plurium urbium ac-  
cessione aucta est.

Hamburgum, Brema, tempore Caroli  
Magni exigua oppida fuerunt.

Dantiscum, ante 300 annos primum  
hoc loco ad Motlavam condi cœpit. Quæ  
nunc tantum alias inter caput extulit  
urbes.

αὐτὸν ἀναστῆσαι οὐκ ἐπίσταται  
μόνον & δαμῶν ἐν τῷ αὐτῷ  
πλῆθει.

Sciens igitur humanam felicitatem  
nequaquam in vno  
statu manere.

Constat enim, eternâ positumq; lege  
 est, vt constet genitura nihil. Minuta, ma-  
 gna, summâ & ima respice, perenne sub  
 polo nihil: Ideo Ovidius, Chronicon suum,  
 quo, primâ ab origine mundi ad sua perpe-  
 tuum deducit tempora carmen, META-  
 MORPHOSIN nominat. cuius ratio-  
 nem, non procul à fine his versibus reddere  
 voluisse, videtur, qui ad hunc Herodoti lo-  
 cum illustrandum adhibeantur.

Sic omnia verti  
 Cernimus, atq; alias assumere robora  
 gentes,  
 Concidere has, sic magna fuit censuq; vi-  
 risq;  
 Perq; decem potuit tantum dare sanguinis  
 annos,  
 Nunc humiles veteres tantummodo Troia  
 ruinas,  
 Et pro diuitijs tumulos ostendit avorum.  
 Clara fuit Sparte, magnæ viguere Mycenæ.  
 Nec non & Cecropis, nec non Amphionis  
 arces,  
 Vile solum Sparta est, altæ cecidère My-  
 cenæ.  
 Oedipodionæ quid sunt nisi nomina The-  
 be,

Quid

Quid Pandionis restant nisi nomen A-  
thene?

Nunc quoq; Dardaniam fama est consurge-  
re Romam.

Hæc civitatum & omnium rerum  
humanarum instabilitas, ad monet nos de  
modestiâ, & de æternâ CIVITA-  
te, in cælis manente, maiori  
cura & studio ex-  
quirenda.



E 3

Kgoio G


κροισοϑ ἢρ Αὐδ'ος μὴ τὸ  
 ἡϋϑ

*Hactenus Exordium.*

Sequitur

HISTORIA  
 CROESI LY-  
 DORVM REGIS,

ui primus ex Barbaris bellum  
 Græcis civitatibus in Asia intuo-  
 lit, easq; in servitutem redegit.  
 Orditur autem a Natalibus seu  
 Maioribus Croesi, & antecedentibus in  
 Regno Lydorum Regibus Heraclidis,

Lydi, vel à filio  Mizram, ne-  
 pote Cham, Gen. 10. vel à Lydo filio Aty-  
 os, cuius paulò post meminit. Situs LYDIA,  
 & metropolis illius SARDIVM, & vici-  
 narum in littore gentium & orbium Græ-  
 carum, Ionum, Eolensium, & Dorica-  
 rum,

rum, in Tabulâ Græciæ Nicolai Sophiani,  
cui Asia minor adiuncta est, aspiciatur.

Τύραννος ἢ ἑθνέωρ. Herodoto Tyrannus  
simpliciter Regem, seu Principem, seu Du-  
cem populorum significat. antiquis enim  
honestissimæ appellationes Tyranni; ἢ  
Sophistæ seu Doctoris sapientiæ; ἢ in ec-  
clesia, Papæ seu Patris, fuerunt, quæ nunc  
probri loco vulgò abijciuntur.

Ἡ ἑντὸς Ἁλυὸς ποταμοῦ. qui intra  
Halym fl. in totâ anteriore Asiâ, versus  
Occidentem habitabant. Accuratiore autem  
Halys fl. ἢ gentium, quas utrinq; alluit,  
descriptio, pag. 15. primis aliquot versibus  
ἢ πρὸς τὴν p. 159. v. 15. 16. recitatur.

μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων. Inter  
Syros, h. e. Cappadoces [qui Leucosyri Græ-  
cis eo loco appellantur] ab ortu; ἢ Pa-  
phlagonēs [quorum regio deinde Galatia  
dicta est] ab occasu.

Ἡ γὰρ ἐστὶν πόλις] prope celebrem urbem  
Sinopen, Diagenis Cynici, ἢ Diphili comi-  
ci, patriam.

καπεσρέφατο μὲν Ἰωνάε ] Asiaticorum  
 quorum in Lydiâ urbes fuerunt, Ephesus,  
 Colophon, Lebedus, Teus, Clazomene,  
 Phocæa.

καὶ Αἰολέεε ] quorum urbes, Cuma,  
 Lernessus, Tenus, Pitana, & aliæ octo.

καὶ Δωρικήε ] qui sex civitates, Hali-  
 carnassum, Cnidum, Coam, & tres in Rho-  
 do insula tenuerunt. Historiam domitarum  
 tot Gentium & urbium recitat, p. 30. 31.  
 usq. ad 35.

Δακκουδεμονίεε ] in Peloponneso, soci-  
 etate sibi adjunxit. pag. 13. 14.

κιμμέριον στέπωμα ] Cimmerij, &  
 persyncopen Cimbri, a Gomer seu Gimer  
 filio Iaphet, orti existimantur. Sedes ha-  
 buerunt ad Tanaim, & Borysthenem,  
 Tauricamq. Chersonesum, ubi nomen Bo-  
 sphori & oppidi Cimmerij extat. Hi à vi-  
 cinis Scythis pulsî, in minorem Asiam &  
 Lydiam, sub Ardye rege, Cræsi proavo ef-  
 fusi sunt. pag. proxime sequente tertie v.  
 45. & p. 22. v. 40. & multo copiosius  
 μελωμ. p. 117. 118.

κροίσος ἐὸν πρῆσβύτερον ] sub proavo  
 Cræsi, tempore Iosice regis Iuda.

ἤδε

Ἰνδὲ ἠγεμονίῃ ] *Vetustiores Lydiae Re-*  
*ges ex Heraclidis, qui in Candaule filio*  
*Myrsi, à Gyge interfecto, desierunt. Her-*  
*cules enim, cum latrones Cercopas, seu Per-*  
*peros fratres [unde verbum περιπερευεταί,*  
*quo Paulus 1. Cor. 13. utitur, ἡ ἀγάπη ἡ*  
*περπερευεταί, Caritas non dolose alijs in-*  
*sidiatur] ex Lydia sustulisset: [à quibus*  
*Proverbia, κερκώσω ἀγορά, & Cave,*  
*ne in Melampyrum incidas, extiterunt:]*  
*præmij loco, Omphalem formosissimam,*  
*Iardani Lydiae regis, seu ancillam, ut He-*  
*rodotus, seu si iam, ut alij referunt, acce-*  
*pit, ex qua sequentes Lydiae reges, per an-*  
*nos 500. propagavit.*

Iardanus Rex Lydiae.

HERCVLES—OMPHALE

ALCÆVS

Belus

Ninus

ARGON primus ex Heraclidis  
 Rex Lydorum.

Ε 5

ἄωδ-

ἀπόγονοι Λύδῃ τῆς Ἀτυοῦς]

Manes

Atys

Lydus, Tyrrenus coloniam Lydorum  
in Italiam duxit, & mari Tyrreno nomen  
dedit, pag. 30. versu 46, & p. 21.

Τύρρανος Σαυδίου, metropolis & sea  
dis Regnum Lydia, ad cuius incolae Iohanne  
Evangelista & Apostolus postea Episto  
lam scripsit. Apoc. 3. urbem mediam Pa  
tulus Ἰουσοφός perluit, qui in Herimum  
desertur. descriptio urbis & arcis vberior  
infra fol. 13 extat.

Μέων καλεῖται] vnde Homerus  
Meonides vocatus. Aspice Meoniden, à quo  
cen fonte perenni

Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

Et sua riserunt secula Meoniden.

ἑωπιτράφειος] Horum cura & tutela  
commisi. 17. B.

ὁ Ἰὼν πρῶτος ἔνθεν βασιλεύσας ἀνδρῶν  
ὡλοῖται ἑωπιτράφειος ἢ τόσα μέμλε.  
cui populi commisi & tantae res cura sunt.

ἄξων.

ἄρξαντες ἐπὶ δύο καὶ εἴκοσι γυναι-  
 κῶν ἀνδρῶν, ἕκαστος πέντε τε καὶ πεντακόσια]  
 ab Hercule, qui expeditioni Argonauticae  
 circa A.M. 2750 suscepta interfuit, usque  
 ad Candaulem interfectum, & Oygis im-  
 tium A.M. 3254. sunt anni 504.

Viginti duae aetates hominum sunt an-  
 ni 505. Ergo una aetas continet annos 23.  
 Nestor igitur qui tres hominum aetates  
 vixit, septuagesimum annum attingit.

## CANDAVLES

Aut regem, aut Fatuum, &  
 saepe utrunque.

ἐν ὁμιλίῃ οἱ εἶναι γυναικῶν καὶ δίστων] ut  
 quisque sponsus aut Iuuenis maritus fa-  
 tuus, suam omnium formosissimam & op-  
 timam, & ipsam Penelopen indicat: τὸ δὲ καὶ  
 καὶ τὸ εἶναι τὰ μὴ καλά, καλὰ δὲ φανταί:  
 & alioquin Res est Forma fugax. Quis sa-  
 piens bono confidat fragili. Florem decoris  
 singuli carpunt dies. εὐπείρου δὲ τὸ δὲ εἶναι.  
 ὅτι εὐμορφία, ἀλλ' αἱ φέραι τέρπει τοὺς  
 ξυμμενέτας, εὐπείρου, Διός.

ἡλικία καὶ ἀριθμὸς τῶν ἀποφασιστικῶν τῶν γυναικῶν

γύμνη ἀρεσκόμενῳ μάλιστ᾽] *Dei*  
*Grünescheneck, apud Fridericum I I I. Imp.*  
*Ut quisvis Rex & princeps assentatorem*  
*habet, cujus familiaritate inprimis dele-*  
*ctatur. Abbas Monachum, à quo regi-*  
*tur.*

*Considerentur autem, in hac bellissi-*  
*mè composita Narratione, Sex Noëmata*  
*insignia, arctissime inter se stipata.*

1. ἄλλῳ γὰρ κενδ' αὐτῷ γενέσθῃ κακῶς,  
*Sic à Deo decretum fuit, ut ita fieri oport-*  
*tuerit, infra καλλισπ. ὅτι δει γένεσθ' ἐκ τοῦ*  
*δεῖ ἄμειχανου ἀποστρέψαι ἀνθρώπων, εἰ μαρ-*  
*τυρίων τῶν κακῶν βυλευμάτων, κακὰς ἀ-*  
*μοιβὰς ὅτι καστ' ὁδῷ βροτοῦς. Iratus ad*  
*pœnam si quos Deus irabit, Eripere men-*  
*tem talibus prius solet, & c.*

2. ὧτα γὰρ τυγχάνει ἀπιστότερα ὄφ-  
*θαλμῶν] ὄνε, ὧτις auris, Plus valet*  
*oculus testis unus, quam auriti decem.*

3. ἄμ.α δὲ κισῶνι ἐκδυομένη] *Mulier*  
*cum veste exiit pudorem. ὅτῳ ἐνίοι τῶν*  
*νέων, ἄμ.α τῶν τῶν παιδικῶν ἰμάτιον ἀπο-*  
*θεῖσθαι, συναποθέμενοι τὸ αἰδέσθαι καὶ φο-*  
*βέσθαι, ἐνθὺς ἐμπιπλωτὰς φη ἀναγω-*  
*γίας. Sic adolescentes quidam, cum puerili*  
*veste*

veste, pudorem & metum deponentes, statim dissolutione morum & contumaciâ implentur, juxta Plutarchum.

4. πάλαι τὰ καλὰ διζηρητοῦ, ἐκ τῶν μαθητῶν δ' εἰ. Æschines, Ideo pueri ediscimus veterum sapientum sententias, ut viri facti, in maximarum rerum deliberationibus, his utamur.

5. τίνα σκοπεύειν τὰ ἑαυτοῦ. Quæ sua sunt inspicere, contra curiositatem & πολυπραγμοσύνην, Was dich nicht brendt/ das blase nicht.

Cum tua per videas oculis mala lippus invenit,

Cur in amicorum vitis tam cernis acutum.

Sed LAMIA foris oculata, domi Talpa est. in Moral.

6. Σέο δέομαι μή δέωδ' ἐνόμων] Ab amicis pia & justa petenda. Alioqui gratificandum eis μετρί βώμων ἢ νόμων. Sed

Agésilauus commendat amicum, εἰ δ' ἄδιναι, Ἐμὲ ἄφεσ, πάντως δ' ἄφεσ

μαθῆσα δὲ τὸ ποιηδέρ] Ma vult fæmina videre, quam videri. Tertul. de Virginib.

ἢ ἄνδρα ὀφθῆνοι γυμνόν] in his urbibus multo Barbariores sumus, Vbi Fæmina & viri fere nudi, in publicis balneis conveni-

pag: 111, convent-

conveniunt & mixti sedent, pube tantum  
fronde quercina vel limbo tecta. Quod si  
audivisset Herodotus, haud dubie velut  
rem prodigiosam & abominandam, sua  
etiam historiae intexisset.

Μὴ μὲρ ἀναγκασθῆναι ἴδῃν, ne necessario  
ipsum oporteret talem electionem diju-  
dicare, vel alterutrum subire.

Adolescentes ad hanc Herodoti histo-  
riam, insignem Platonis narrationem, ex  
πολιτεῶν β. pag. 382. de ANULO CY-  
GIS adjungant. τὸ γὰρ φάσι εἶναι μὲν προ-  
μύθια ἀκτινίζοντα παρὰ τῶν τότε λυδίας ἀρ-  
χόντων. ὁμοίως δὲ ποικίλιν γενονδίας, καὶ σισ-  
μῶν, ἔρα γὰρ ἡ καὶ γῆς, καὶ γενεῶν χάσμα  
κατὰ τὸν τόπον ἢ ἕνεκα ἴδῃν δὲ καὶ θαυ-  
μάσασθαι, καταβύβαι, καὶ ἴδῃν ἄλλὰ τε δὴ  
ἃ μυθολογοῦσι θαυμασὰ καὶ ἴππων χαλκῶν  
κοῖλον, θυσίδια ἔχοντα, καθ' ἃς ἐγκύβωτα,  
ἴδῃν ἐνόντα νεκρῶν, ὡς φαιεῶν, μετῶν ἢ  
κατ' ἀνδρωπων, τῶν δὲ ἄλλων μὲν ἴδῃν,  
περὶ δὲ τῆ χειρὶ χρυσῶν δακτύλιον φέρειν,  
ὅν περιελόμονον ἐκβύβαι. συλλογῶν δὲ γε-  
νονδίας τοῖς ποιμῆσιν εἰωδῶν. ἢ ἴδῃν δια-  
γυλλοίον κατὰ μύθια, τῶν βασιλῶν τὰ περὶ  
τὰ ποιμνία, ἀφικεῶν καὶ ἐκείνων, ἔχοντα  
τὸν δακτύλιον, καθήμονον οὖν μετὰ τῶν  
ἄλλων

ἄλλωμ, τυχερ πῶ σφειδόνω τῆ δακτυλίσ  
 περιεγαγόντα πρὸς ἑαυτῆρ εἰς τὸ εἶσω καὶ  
 χεῖρσ. τότε δὲ γενόμεν, ἀφαυῆ αὐτὸν  
 γενέσθ τοῖς παρακαθημύσι, καὶ διαλέ-  
 γεσθ ὡς περὶ οἰχομύς. καὶ τὸν, δαυμά-  
 ρειν π, καὶ πάλιν ἐπιφιλασθὼν τὰ τὸν δα-  
 κτύλιον, σρέφει ἔξω πῶ σφειδόνω, καὶ  
 σρέφοντα, φανεροῦ γενέσθ. καὶ τῆτο ἕνα-  
 ῖσαντα, ἀποπερσῶσθ τῶ δακτυλίσ, εἰ τὰν-  
 τῶ ἔχει πῶ δάωμιρ. καὶ αὐτῶσ ὅτω  
 συμβαίνειρ, σρέφοντ μὲν εἶσω πῶ σφειδόν-  
 ω, ἀδὴλω γίνεσθ. ἔξω δὲ, δὴλω. αὐτὸς  
 μουρ δὲ, εὐθυς διαπρῶξασθ πῶ ἀγέλωρ  
 γενέσθ πῶ περιτὸν βασιλέα. ἐλθόντα δὲ,  
 καὶ πῶ γυναῖκα αὐτοῖ μοιχέυσαντα, μετ  
 ἐκείνησ ἐπιδέμουρ τῶ βασιλεῖ, ἀποκτε-  
 ναι, καὶ πῶ ἀρχὴν καταχρῆρ. *Quam nar-*  
*rationem his verbis Cic. in Off. conuertit.*  
*Hinc ille GYGES inducitur à Platone,*  
*qui cum terra discessisset magnis quibus-*  
*dam imbribus, in illum hiatus descendit,*  
*eneumq; equum (ut ferunt fabulae,) anim-*  
*advertit, cuius in lateribus fores essent,*  
*quibus apertis, hominis mortui corpus ui-*  
*dit magnitudine inusitata, anulumq; au-*  
*reum in digito, quem ut detraxit atq;*  
*induit (erat autem regius Pastor.)*

Tunc

Tam in concilium pastorum se recepit, ibi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat à nullo videbatur, ipse autem omnia uidebat. Idem rursus uidebatur cum in locum annulum inuerterat. Itaq; hac opportunitate annuli usus, regine stuprum intulit, eaq; adutrice regem dominum interemit: sustulit, quos obstare arbitrabatur. Nec in his facinoribus eum quisquam uidere potuit. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honesta enim bonis uiris, non occulta quaeruntur.  $\omega\omicron\lambda\iota\tau\epsilon\ \pi\omicron\iota\kappa\tau\epsilon\acute{o}\rho\tau\alpha\ \delta\iota\kappa\alpha\iota\ \epsilon\acute{\alpha}\rho\tau\epsilon\ \epsilon\chi\eta\ \tau\omicron\rho\ \gamma\acute{\upsilon}\gamma\omicron\varsigma\ \delta\alpha\kappa\tau\acute{\upsilon}\lambda\iota\omicron\rho$ . Cæpit autem regnare GYGES, anno mundi 3254. anno ante Christum natum, 708, ante Croesum à Cyro captum 170. anno 4 post mortem Romuli, tempore Manassis regis Indæ.

Ἀρχίλοχος ὁ πᾶσι, ex Paro insulâ Naxo & Amorgo vicinâ, & candido marmore clarâ, oriundus. Archilochum proprio rabies armauit Iambo [ab ἰάπτω conuicior, incesso.] Mibi liber Iambus, Tinaeta Lycambeo sanguine tela dabit. nam Lycambem socerum ad restin adegit, & propter  
ter

pter mordacitatem, à Lacedæmonijs urbe  
ejectus est, unde Carmen Archilochicum,  
de quo Diomedes, p. 159. Epitaphium.

Ἀρχιλόχου τὸ δὲ σῆμα τὸν ἑλυσῶντας -  
ἀμβρα

Ἦγαγε Μαιονίδῃ μῦσα χαριζομένη.

Ἔς τὸν πεμπ[τὸν ἀπόγονον] in Cræsum  
quintum à Gyge, seu abnepotem Gygis.

ἄλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα ὄσιον  
οἱ πλεῖστα] Sed cum alia plurima ex argen-  
to ipsius donaria sunt,

κορινθίων Διοσκούρων] In Corinthiorum sa-  
cello, seu capella, ut nunc loquimur.

ἑξήκοντα τάλαντα] Si proportio auri  
ad argentum duo decupla est, Ἐργαρίου  
talentum Atticum 600. coronatos valet  
duas auri, Tinas seu ducenta millia corona-  
torum, hi crateres valuerunt.

κυψέλης τῆς ἑτίον] cuius famili-  
am, Ἐργαρίου ac pueritiæ Ἐργαρίου  
historiam in Terpsich, p. 167. copiose He-  
rodotus recenset. Fuit Pater Periandri,  
principis Corinthiorum, unius ex septem  
Sapientibus Græciæ, ad quem Arion Del-  
phino vectus pervenit. Theognis:

Ἦς κυψέλης Ζεὺς ὀλέσσει γῆ.

F

utinam

Utinam totum genus Tyrannicum, quod  
Cypselum imitatur, Deus perdat.

Amphion                      Ehecra-  
Bachiades.                      tes.

Labda, — Eëtion

Clauda. |

CYPSSELVS, tyrannus Corinthi.

PERiander, unus ex VII sa-  
pientibus.

μετὰ Μίδην τὸν Γογδιέω] De Midâ Re-  
ge Phrygiæ Ovidius lib. IX. Metamorph.  
De Nodo Gordio, per Alexandrum soluto,  
Arrianus, sine libri primi, & initio se-  
cundi legatur.

Ἰσέβαλε ἐς Μίλητον] Cariae metropo-  
lin, sed Ionum coloniam vetustissimam, à  
Neleo Codri filio, circa A. M. 2900 con-  
ditam, duodecim miliaribus Germ. infrà  
Ephesum, versus meridiem sitam, quæ ab  
Alyatte, Cræsi patre, obsessa, & Cyri Persæ  
mænicæ & Socia, post aliquot annos, duce A-  
ristago-

ristagora, rebellis Persis, à Dario Hystaspis capta & solo equata est. Instauratam Alexander Magnus expugnavit. Ἰστιαῖοι  
Ἐξῆτος  
Patria fuit Thaletis Mathematici, Phorylidis Gnomologi, Anaximandri & Anaximenis Physicorum, & Hecatæi historici. Fit ejus mentio, Act. 20.

Ἰστιαῖος Ἐξῆτος] cuius in novo Testamento Ioannes Apostolus meminit, qui Epistolam ad Smyrneos, & in eâ, illustrens hanc sententiam scripsit: Esto fidelis usq[ue] ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, Apocalyp. 2.

Sita fuit in littore Asiæ, inter Clazomenas & Phocæam, non procul infra Hermi fl. ostium. de origine Smyrnæ & mutationibus crebris Strabo lib. 14. & Herodotus infra fol: 32. legatur. P. 437.  
445.

Pulsi enim Smyrnæi ab Æolibus, Colophonem fugerunt. à quibus adjuti, patriam receperunt, & ab Æolibus avulsi, locis adjuncti sunt. Urbs à Lydis eversa, in vici formâ redacta annis 300 fuit. donec ab Antigono & Lysimacho instaurata est.

Et Apostolorum temporibus, Et postea cum Polycarpus in eâ episcopus esset, florentissima fuit, Et hodie superest, à Turcis Ismir nominata.

Κολοφῶν [το ἄστυ εἶλερ] quod olim ita copijs navalibus Et Equitatu floruit, ut bellis exortis semper ea pars vinceret, quæ Colophoniorum equitum auxilijs vteretur, unde proverbiū, Colophonem operi addidit, ductum est. Patria fuit Homeri. Cicero pro Archiâ, Homerum Colophonij civem esse dicunt suum, Et Phoenicis [quem Athenæus lib. 12 citat] Et Mimnermi poetæ Et Xenophanis Physici.

ARDYS, proavus Croesi, cæpit A. M. 3292. tempore Manasse Et Iosia regum Iuda.

Πριωνία εἶλε] cis Mæandrum fl. non procul ab Epheso versus ortum sita est. Priene patria Biantis, vnius ex septem sapientibus.

Κιμμέριοι [de quibus paulò ante diximus] Ἰνδῶν ὑπὸ Σκυθῶν Ἰζαυασάντες ex suis sedibus seu habitationibus consuevis ad Tanaim Et Mæotida Et Cimmerium Bosphorum à Scytis pulsî, partim in Asiam, partim fortassè ad hanc littoris Balthicæ

Balthici oram, in Cimbricam Cbersonesum  
peruenerunt. Scythiæ Europeæ limites  
sunt, ab occasu, Vistula fl. Dantiscum al-  
luens; à meridie, Danubius; ab ortu, Ta-  
nais. Chorographiam Scythiæ & veterum  
Scytharum historiam, prolixè & accuratè  
Herodotus μελπομ. persecutus est.

ALYATTES, pater Cræsi, cæpit  
regnare in Lydiâ, cum Iechoniâ & Sede-  
chiâ Iudæorum regibus, A.M. 3353, cuius  
tempore Ierosolyma à Nabugonosore cap-  
ta, & Iudæi in exilium Babylonicum ab-  
ducti sunt.

Alyattes Rex Lydorum

CROESVS	Pantaleon	Filia, nupta
ex Caricâ	ex Ionicâ	Melani ε-
matre na-	matre	phesio.
tus.	Interfectus à Cræ-	
	so, infr. f. 20.	Pindarus
	V. 28. 29.	cui primo
		Cræsus bellum
		infert fol. 5.

ΟΥΤΟ ΚΥΑΞΑΡΗ ΤΩ ΔΗΙΟΚΕΩ ΑΠΟΓΟΝΩ  
F 3 ΕΠΟΛΕ-

ἑπολέμησε] de quibus infra Herodotus pag. 21. 22. copiosius differet.

Deioces.

|  
Phraortes.

|  
Cyxares, cuius tempore Scythæ

| Asiā pervagati sunt.  
Astyages Medorum Rex.

|  
Mandane filia.

|  
C Y R U S Rex Persarum.

Ἐμύσιω πλὴν ὑπὸ Κολοφῶν κτισθῆσάν] infra Clione Herodoti pag. 32. & apud Strabonem. lib. 14. p. 437.

ἑς Κλαζομῶνας ἐσβᾶλε] patriam Anaxagoræ Physici, quem Pericles, & Euripides poeta, præceptorem habuerunt.

ἑστρατεύετο δὲ ὑπὸ συγγῶν] educebat exercitum seu milites ad cantum Fislularum.

Est mihi disparib. septem compacta cicatis.

Fistula, Eine kleine Orget / oder ein Positiff. inter ἔμπνευσά ὄργανα describitur à Iulio Polluce lib. 4. cap. 9.

sicut

sicut πυκτίδες, inter κρηόμωνα. Tibiarum  
genera & Harmoniae varia cap. 10.

ἀυλῶ γυναικεῖς τε καὶ ἀνδρεῖς] Tibia-  
rum, quæ partim virilem & gravem, par-  
tim acutum & suaviores sonum edebant.

ὥστε ἔω' ἔδρα, μὴ εἶναι ἔργον] ut non  
esset operæ præcium sedere exercitum.

περίανδρον τὸν κυφέλις] Corinthe Prin-  
cipem, unum ex septem sapientibus, cuius  
dictum, μελέτη τὸ πᾶν, celebratur [Is  
namq[ue] solus rei gerenda est efficax, Medi-  
tatur omne qui prius negotium.]

Eëtion — Labda, ex Bacchiadis,  
Cænides. | Clauda.

Procles Epi- CYPSELVS, Corinthe  
dauri princeps. tyrannus. p. 167.

Melissa, a ma- — PERIander, ad quem  
rito interfecta. | ARION, delphino re-  
ctus, enata vit.

Lycophron

93 94.

π α

δρακου-

ἄρα σὺ δὲλω τῷ τότε μιλίτῃ τυραν-  
νέου ἄ] qui Periandro, per legatum de ra-  
tione stabiliendæ tyrannidis sciscitante, ex-  
tantes in segetibus spicas decussit. τερψιχ.  
pag. 168.

Ἄποσόλα] non quilibet nuncius, sed  
legatus missus cum certis mandatis, quem  
postea nominat κήρυκα. à præterito medio  
verbi ἀποσέλω, ἀπέσολα. Vox in novo  
Testamento usitatissima.

τὸν λεῶν τετρήϊον, populum adficiunt  
esse.

τῷ δὲ (περιάνδρῳ) λέγουσι κορίνθιοι.

Occasione mentionis Periandri, paulò  
ante facta, inserit ARIONIS citharædi  
sive historiam, sive Fabulam: quæ, divi-  
nitus servari & mirandis modis protegi,  
ac ex periculis eripi viros virtute & do-  
ctrina præstantes, admonet. Fuerunt au-  
tem apud antiquos iidem, viri docti, Philo-  
sophi, Poætæ & Musici, qui DEORUM &  
præstantium principum Laudes, & doctri-  
nam de naturâ rerum & virtutum omni-  
um officijs carmine comprehensam, ad  
Citharam, Lyram, vel alia Instrumenta  
musica, accinuerunt, ut David, Orpheus,  
Pindarus

Pindarus, Simonides. Ex hoc genere Musicorum Arion fuit.

Ἀρίωνα τὸν μινθουμναῖον, ex Lesbo.

ἔπι ταύραρον, Laconica promontorium,

Διδυγαμβορ] ὕμνον ἐς Διόνυσον ἐκ δύο θυῶν ἤελθόντα, ἐκ τῆς μητρῴας γαστρὸς καὶ τοῦ μητρὸς τοῦ Διδυ. Hymnum in laudes Bacchi, ex duabus Ianuis, ex aluo matris, & femore Iouis egressi.

Διδυγ] enim biforem seu bivalvem significat, quod de fabis & conchis usurpatur. Hinc Bacchi cognomen, vel quod bis natus, vel quod vinum σῶμα facit διδυγορ quod ebrj arcana non contineant.

Eodem modo Hymni appellati, qui in Bacchum scriberentur pleni licentia & audacia fingendarum rerum & vocum novarum. Unde adverbium διδυγαμβικῶς .i.e. Dithyrambicorum poetarum more, aut dithyrambicâ audaciâ & licentiâ; ut apud Demetrium Phalereum, ἀκρίβειον καὶ σώθεθα ὀνόματα, ὅς τὰ διδυγαμβικῶς συγκείμενα. Sic Horat. 4 Car. Od. 2. seu per audaces nova dithyrambos verba devoluit. Sed & apud Eustathium legimus

F 5

Διδυγαμ

διδυγαμβίωνος ὄνομα. Et in Cratylo Platō-  
nis διδυγαμβίωνος ὄνομα. Sic Eustathius ait  
διδυγαμβίωνος vocare lapides ossa terrae.  
Item substantivè nonnūq; τὸ διδυγαμβίωνος  
in flatum genus dicendi significat: seu am-  
pullas quasdam verborum dithyrambicas.  
I. Caesar Scaliger Dithyrambum dictum  
putat a διὰ δύσας ἀμειβῶν aut ἀμα ἰώρ.  
Alij curiosius a Nymphis excogitatam ac-  
clamationem parturienti coxae Iovis λυθαί-  
ζαμμα. & erat stylus tumidus, atq; ut il-  
le ait, plenus Deo, plenus numerorum, ple-  
nus compositarum vocum, quas ampullas  
& sesquipedalia verba Satyrici nostri  
appellant, qualia Hegesander.

ὀφθαλμοπασιδῶν, γινεγκῶτα πύξωρῶσι  
Σακκογενεῶτροφοὶ ἢ λοπαδῶσπασιδῶν.  
πισεύοντα fidentem, non simpliciter  
assentientem & credentem, sed confiden-  
tem. Sein vertrauen vff einen sehen. Sic  
Paulus verbum πισεύειν in articulo Iustifi-  
cationis vsurpat. Quod autem Arioni acci-  
dit, ut ab ijs, quibus præcipue fidebat, tur-  
pissime falleretur, idem singulis accidit. I-  
deo Antigonus sacerdotem alebat, qui re-  
gem adversus amicos defendi quotidie pre-  
cicaretur. Quos credis fidos effuge, tutus  
eris.

σῶνν-

σώεντα τῆτο, λίσσεαδ] *Intelligentem  
hoc, supplicem factum esse.*

ἐπιβδλένει, τὸν Ἄριονα ἐκβάλλοντα,  
ἐχει τὰ χήματα] *insidiosus esse, seu in-  
sidiosè deliberasse, de Arione ex navi eij-  
ciendo, & pecunijs illius obrinendis.*

ἀπειληθέντα δὲ] *minis ad desperatio-  
nem vitæ adactum.*

ἐδωλοισι] *foris, seu transstris.*

ἐνδύτα πᾶσαν τιῶ σκεύει] *coronam  
lauream & vestem purpuream.*

*Ille metu pavidus, mortem non deprecor,  
inquit:*

*Sed liceat sumt à pauca referre lyrâ.  
Dant veniam, ridentq; moram, capit ille  
coronam,*

*Quæ posset crines Phœbe decere tuos:  
Induit & Tyrio distinctam murice pallam:  
Reddidit ic̄ta suos pollice chorda sonos.  
Protinus in medias ornatus desilit un-  
das. &c.*

*lib. 2. Fastorum Ovidij.*

νόμος

Νόμον τὸν ὄρθιον ] quòd voce alacri  
 erectâ, intentissimâ, & sublatâ seu μεγά-  
 λως ὑπεταμύῃ cantaretur. Ita Homerus  
 ὄρθια ἀνερ, ubi ὄρθια adverbialiter, sicut  
 μακρὰ & δεῖα (pro quo idem etiam μα-  
 κρὸν ἀνερ dicit) ἰλ. λ. ἐνθα σάσ' ἦυσε θεὰ  
 μέγατε δεινόντε, ορθί ἀχαιοῖσι, intentâ &  
 sublatâ voce, ὑπεταμύως μεγάλως, ut  
 Scholiastes exponit.

Eundem locum enarrans Eusta-  
 thius annotat ὄρθια dici Atticè pro ὄρθιον,  
 ac ἐξημνέουσι, per præcedentia duo μέγατε  
 δεινόντε quibus subjungit, τοῖσ' τ' γὰρ ὁ  
 παρὰ τοῖς μισθοῖς ὄρθι νόμοι, ἧγερ  
 τρώσ' ἐκείν' ὠδ' ἦε εἰς πόλεμον ἐρεδι-  
 εικός. Τιμόθεο δὲ ὄρθιον ἄσας, τοσούτ' α  
 τὸν Αλέξανδρον ἄρε' ἐπ' ἄλκω, ὡς εἰς τὰ  
 ὄπλα εὐθύς ἐκείνον ἀναπῆδ' ἦσαν. Similiter  
 Aristophanis scholiastes ex Homericò illo  
 loco tradit, ὄρθιον esse ἀυλικὸν νόμον, οὐ-  
 τω καλῶμενον, διὰ τὸ εἶναι εὐτόνον καὶ ἀ-  
 νάτασιν ἔχειν.

Non dubito autem, Νόμον ὄρθιον esse  
 modum DORIVM, cum eximiâ & gene-  
 rosâ alacritate singularem gravitatem  
 καὶ δεινότητά προ se ferentem, ut in mu-  
 tetâ Iosquini, Qui habitat in adjutorio al-  
 tissimi

visimi, Item, Veni sancte Spiritus, & in  
Germanicâ castione, Christ sag in todtes  
banden. ac de modis Harmoniæ Musicæ,  
Dorio, Phrygio, Lydio, Maxolydio, Æo-  
lio & plagijs, in libello de Musicâ dixi-  
mus.

τὸν δὲ Δελφῖνα] Delphinorum huma-  
nam σοφίαν erga sobolem, & φιλανθρωπικῶν  
seu amorem erga homines singularem Op-  
pianicus ἀλιθῶν. lib. 1. & 5. prolixè &  
splendidè illustrat.

Sed cum clamatus Delphin, stat littora ju-  
xta,

Demulcētque caput iuvenis, dorsumque  
ntaantis

Insilit, exceptum piscis quocunq; jubebat,  
Veclabat puerum latus: jubet ire per al-  
tum,

Obsequitur: portus gestit salcare paten-  
tes,

Per portum vehitur: cupiat si littora jux-  
ta,

Annuī & chari pueri præcepta capeßit.  
Mollis equus flexis non tantum paret ha-  
benis,

Nec canis assuetus tantum venantibus  
audit,

Quan-

Quantum nec freno Delphin, nec tractus  
habenis, &c.

περικυδρον δὲ] Qui tunc septem sapientes ex totâ Græcia convocatos hospitio exceperat, Plutarchus Symposio pag. 118 Moralium.

ἀνακῶε δ' ἔχει) ἐπιμελῶε.

τελευτήσαντ' & δὲ Ἀλυάττω.

CROESVS Lydorum Rex V. cuius Genealogiam, ab avauo Gyge repetitam, hactenus recensuit.

πρώτοις ἐπιθίκατο Εφεσίοισι] Primus bello aggressus est EPHESIOS. quorum vrbs & Dianæ templum, ab Epheso, Caystri filio, primum fundata; deinde ab Androclo, Codri regis Atheniensium filio, deducit in eam coloniâ Ionum, occupata est circa A. M. 2900. Quam Croesus oppugnauit. Sed hæc circa Alexandri Magni obitum, maris eluvione submersa, & nova vrbs ad montem Pionem à Lyfimacho condita est, quæ Pauli tempore floruit, & ecclesiæ a Paulo collectæ hospitium præbuit. Act. 18. 19. 20. Apocaly. 2.

ἐπέθεσσω τὴν πόλιν] de consilio Pindari, principis Ephesi, cuius avunculus erat CROESUS. Ælian. lib. 3. p. 21.

Alyattes

Alyattes

Filia nupta Mela-  
ni Ephesio.

Cræsus.

Pindarus.

τῆ ἀρτέμιδι] Magnæ Ephesiorum ΔΙ-  
ΑΝῆ, Act. 19.

ἐπιὰ σάδριοι] parvum miliare Italic-  
cum, seu unus quadrans Germanici.

ἢ μέγαι ἐνάσοιαι] per vices singulis.  
Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo, potu,  
ἢ μέγαι ἐοστῆς, aut vicibus dierum festo-  
rum.

ἄλλοισι ἀλλὰς αἰτίας] ut Gallus in  
Gallinas insilit, ut eas subigat; ita tyranni  
vicinis civitatibus liberis insidiantur, ut  
eas opprimant. Demosth.

Βικυῖα τῶν Πριηνέα] Priene, propin-  
qua Epheso ad Mæandrum.

Πιθηκῶν τῶν Μιτυλιωῶν] ex Insula  
Lesbo. ambos ex numero VII sapientum.

ἄρῶμενοι] precantes à Dijs, optantes,  
ἄρῶμαι.

τῶ ἐπιλόγω] hac subiectione, perora-  
tione.

Λυδοί, Φρύγες, Μυσοί] Regiones & Gen-  
tes Cræso subditæ, in Asiæ tabulâ, oculis  
subiectæ, conspiciantur.

πρῶ-

περίανδρον δὲ] Qui tunc septem sapi-  
entes ex tota Græciâ convocatos hospitio  
exceperat, Plutarchus Symposio pag. 118  
Moralium.

ἀνακῶς δ' ἔχει) ἐπιμελῶς.  
τελευτήσαντ' ὁ δὲ Ἀλυάττω.

CROESVS Lydorum Rex V. cui-  
us Genealogiam ab abauo Gyge repetitam  
hactenus recensuit.

πρώτοις ἐπεθίκατο Εφεσίοισι] Pri-  
mos bello aggressus est EPHESIOS.  
quorum vrbs & Dianæ templum, ab E-  
pbeso, Caystri filio, primum fundata; de-  
inde ab Androclo, Codri regis Atheniensium  
filio, deductâ in eam coloniâ Ionum, occu-  
pata est circa A. M. 2900. Quam Croe-  
sus oppugnauit. Sed hæc circa Alexandri  
magni obitum, maris eluvione submersa,  
& nova vrbs ad montem Pionem à Lysi-  
macho condita est, quæ Pauli tempore flo-  
ruit, & ecclesiæ à Paulo collectæ hospitium  
præbuit. Act. 18. 19. 20. Apocaly. 2.  
ἀνέθεσαν τὴν πόλιν] de consilio Pindari,  
principis Ephesi, cuius avunculus erat  
CROESUS. Ælian. lib. 3. p. 21.

Alyattes

προσεπφικτωρμύς Λυδοῖσι) cūm Cræ-  
sus has gentes Lydis adquisivisset. καὶ ὁ-  
μοίως

καὶ δὲ καὶ Σόλωνο

COLLOQVIVM SOLONIS  
& CROESI gravissimum de vita BE-  
ATA, quam Cræsus, vulgi more, amplas  
opes, potentiam, voluptates & splendo-  
rem Regium esse iudicat. Soloni verò Be-  
atus est, qui virtutem, seu Bona animi  
cum bona valetudine corporis, felicitate  
liberorum, & victu mediocri conjuncta,  
usq; ad finem vite retinet. καὶ ἐν εὐφροσύνῃ  
τελευτᾷ.

CHRISTIANA Beatitudo est in hac  
vita habere remissionem peccatorum &  
Deum propitium ac opitulatorem propter  
Christum. & post mortem liberum ab o-  
mnibus malis, Dei conspectu, sapientia, læ-  
titia & vita in omni aternitate frui. Beati  
quorum remissa sunt iniquitates, & Beati  
mortui, qui Domino moriuntur.

Vixit autem S O L O N Athenis  
circa A. M. 3380, tempore exilij Iudæo-  
rum

rum Babylonici. Vitam illius integrè  
 descripsit Plutarchus quem orta Athenis,  
 propter fœneratorum crudelitatem, &  
 Nexos ab æs alienum, seditione, à civibus  
 rogatum, scribit, LEGES, Senatam &  
 IUDICIA Atheniensium reformasse, &  
 Gradus civium ex censu constituisse. Ini-  
 tium Νομοθεσίας Solonis fuit Σεσάχθεια.  
 ne quem necere ob æs alienum liceret, ac  
 ut usuræ, ad id tempus debitæ, omnes re-  
 mitterentur. ac ipse primus remisit se-  
 ptem Talenta .i. 4200 coronatos. Iussit  
 singulos cives quotannis Magistratui indi-  
 care, ex qua arte sibi victum parent.

Matth. 18  
 4. Reg. 4.

Ociosos omnibus volentibus accusare  
 licuit. Qui parentes non nutriebat, Qui  
 patrimonium vendebat, infamis erat. In-  
 terfectorum in prælijs liberos publicè a-  
 lendos sanxit. ac ordine multarum legum  
 capita Plutarchus pag. 29. 30. recenset.

Romani etiam Legum suarum exem-  
 plum ab Atheniensibus sumpserunt, annis  
 130 post Solonem missis legatis, qui incly-  
 tas Solonis leges describerent, & aliarum  
 Græciæ civitatum leges, instituta, moresq;  
 cognoscerent. Livius lib. 3. Vnde LEGES  
 XII. TABULARUM, fons omnis publici  
 privatiq; juris, nata.

Jura

*Iuramentum Iudicum, à Solone præscriptum, recitatur à Demosthene, in Oratione contra Dimocratem. fol. 510. 511. In fine dicit, leges esse commune Nominis civitatis. Et gravius delinquere, qui leges, quam qui Monetam publicam corrumpit. Elegia Solonis, Non urbem superi cupiunt evertere nostram, extat in Oratione Demosth. τῆσι παραπρωβείας. Historiam Pisistrati infra fol. 11. 12. recitabit. Obijt Solon in Cypro anno ætatis 80.*

ἀπεδίμησε ἑταῖ δέκα ] non solum θεῶν ἢ ἐνέκερ, ut aliarum Gentium sapientiam, leges, doctrinas, formas rerum publicarum, Mores cognosceret, γηράσκῃ δὲ ἄτι πολλαῖ δίδασκόμει : Verum etiam quia patriam, liberam antea, & legibus à se optimis temperatam, Pisistrati tyrannide opprimi videre non potuit.

μητινα τῶ νόμων λύσαι ] ne quam legem abrogare, abolere cogeret, Matt. 5. Non veni solvere legem, sed implere.

παρα Ἄμασιμ ] Ægypti regem, in fine τυτῆρως.

ἄδερ ὑποθωπεύσας] Nihil adulatus  
 etsi Æsopus eum præmonuerat, cum Regi-  
 bus ἢ ἡκισα, ἢ ἡδισα, loquendum esse.

ἐς τὸτο δὲ, τοῖς βίαις εὐήκοντα, ὡς τὰ πα-  
 ρὰ ἡμῶν] Ad hæc, victum mediocrem ha-  
 bent (ut nostræ res sunt, seu ut in nostrâ  
 urbe aliquis bene vivere, seu florere po-  
 test.) Contegit finis vitæ splendidissimus.

ἀπέθανε κάλλιπα] Pulcrâq̄ petit per  
 vulnera mortem. Pro patria summum de-  
 cus est profunderè vitam.

ἐπίμικτον μεγάλας] Vide Epitaphium  
 Platonis & Periclis. Liberi aluntur publi-  
 co sumtu. Ipsius nomen quotannis in Cata-  
 logo interfectorum pro patria recitatur.

Cleobis & Bitonis historia à Cicerone  
 in fine Tusculanæ primæ in latinum ser-  
 monem conversa est.

τὸ θεῶν πᾶν ἔοι φθονεῶν] loquitur  
 humano more, ut homines judicant Deum  
 dolere, irasci, pœnitere, invidere. Cum hi  
 affectus non sint in Deo, ut in nobis, viciosi.  
 χαίρει ὁ θεὸς τοὺς μεγάλους μικροὺς ἢ τὸ ε-  
 μικροὺς μεγάλους ποιῶν. Gratus Deo lu-  
 dus est ex magnis parvos & ex parvis  
 magnos! facere, φιλεῖ ὁ θεὸς πάντα τὰ  
 ὑπερέχοντα κόλλασιν. Homo est quoddam  
 Deo.

Deorum ludibrium, ut pueri cum molli cera ludunt, quam nunc in hominem, nunc in bestiam, nunc in aliam atq; aliam formam fingunt, de quo fortunæ ludo Seneca inquit :

Ima permutat brevis hora summis,  
Irus & est subito qui modo Cræsus erat.  
Nemo confidat nimium secundis,  
Nemo desperet meliora lapsis.

Plinius, malignum & breve hoc munus naturæ, quodcumq; datur nobis, necat lib. 7. c.

DE ANNO SOLONIS.

Ex Iulio Censorino apparet, vetustissimos Græcos, ante Eudoxi & Metonis E-mendationes, annum 360 dierum habuisse : constantem 12 mensibus, quorum singuli 30 dies continebant. Cumq; viderent, uno anno, Solem & Lunam, aliàs duodecies, aliàs tredecies conjungi; alternis annis mensem 30 dierum intercalarunt : cuius ἐπιβολῆς mentionem Solon hoc loco facit,

Cum autem de Diversis Annorum formis, in Græcia, & apud Romanos usitatis, erudita & utilis commonesactio, nuper publicè proposita sit : hortor studiosos, ut eam attentè legant & considerent.

Admonet me hodierna *DIES BISEXTILIS* ut de mirando consilio & beneficio Dei, qui certis motuum solis & Luna legibus ordinatis, Annorum, mensium & dierum spacia definiuit; & de artium philosophicarum, Arithmeticae in primis & Astronomiae, luminum motus & tempora computantis necessitate: & de varijs annorum formis, apud diuersas gentes olim usitatis, & hac commodissimâ *ANNI* descriptione, à Iulio Casare institutâ, attentius cogitem. Nisi enim anni curriculum, & temporum discrimina, Dei & Astronomiae beneficio, nobis tradita essent: non cogitare mundi initia, non exordia & propagationem Ecclesiae, non discrimina religionum, quae prima & antiquissima fuerit, & quae postea extiterint; non tempora & seriem diuinarum patefactionum, promulgatae legis in monte Sinai, editarum promissionum, natû Messiae: non successiones & ordinem Monarchiarum: non monumenta rerû in Ecclesiâ aut Imperijs mundi gestarû, denique non uitæ nostrae spacia numerare & distinguere possemus. Quanta in omnibus historijs caligo, quanta totius uitæ barbaries, quanta omnium negotiorum, contractuum, pactorum

rum

rum, iudiciorum, & uitæ humanæ confusio  
 esset. si annorum & mensium discrimina &  
 calendaria annua non haberemus. Cum  
 uerò metæ annorum certæ, sine obseruati-  
 one cursus, & interuallis ac spacijs motu-  
 um solis & lunæ, constitui & conseruari  
 nequeant, & ad compositionem Calendarij  
 non solum Arithmetica, & motuum cœlesti-  
 um cognitione, uerum etiam multis alijs  
 artibus opus sit; manifestum est hæc nostræ  
 philosophiæ studia, non inanem & ludicram  
 curiositatem, sed Ecclesiæ Dei & toti hu-  
 mano generi, necessaria esse.

Inprimis autem consideratione eru-  
 ditorum dignæ sunt diuersæ, earumq; ali-  
 quæ satis incommodæ & perplexæ annorū  
 formæ, aliæ ex solis, aliæ ex Lunæ, aliæ ex  
 utriusq; luminis cursibus deductæ atq; com-  
 positæ, quæ ante hanc omnium facillimā &  
 commodissimam anti rationem, à Iulio  
 Casare descriptam, apud vetustas gen-  
 tes usitatæ fuerunt. Cum enim Sol annuo  
 cursu orbem suum circumeat diebus 365.  
 & quadrante diei fere, (seu Ho. 5. M. 49.  
 se. 16; ueteres Ægyptij, Persæ & Babylo-  
 nij, Annum perpetuo constantē æquali nu-  
 mero dierum 365 usurparunt sine die in-  
 tercalari.

G 4 Nam

Nam quadrantes annuatim redundantes, post completum Cynicum annum, seu uerrentes annos 1460. primum, in vnum redactos annum adiunxerunt. Hac anni forma, condendis motuum caelestium canonicis aptissima, Ptolemeus in *Almagesto*, & Copernicus etiã nostra etate usus est. Sed hoc incommodi habet, quod quarto quoq; anno, æquinoclia & solstitia & festa omnia, in sequentẽ diem traducuntur, & intra 728 annos hyberni menses in æstivos, & æstivi in hybernos commutantur, nec ante 1460 annos in pristinas sedes redeunt.

Arabes annum lunarem completentem 12 menses synodicos videl. dies. 354. h: 8. M: 48 retinuerunt. Nam singuli menses Synodici dies 29 h. 12. M: 44 continent. Sed propter neglectas dies epactas, quæ ad lunare annũ additæ Solis periodum complent: intra 16 annos ex hybernis mensibus æstiu & ex æstivis hyberni fiebant.

Ecclesia patrum & Iudæorum, ut ex historia Moysi & Iosephi apparet, anno ex cursu solis Lunaq; composito usa est: cuius principium auxit ♁ ☽ & ☽ equinoctio terno proxima. Vnde deinceps 12 menses lunares numerarunt, quibus Epactas vndecim attribuerunt, vt cum solis periodo congrue-

congruerent. Quarto etiam anno diem ex  
4 quadrantibus collectum addiderunt.

Eadem fere Græci anni ratio fuit, cui  
singulis Olympiadibus diem ex sex horis,  
quibus solis periodus dies 365 superat, in-  
tercalarunt. Mensem vero ἐμβολιμον ex e-  
pactis collectum alias secundo, alias tertio  
anno ita inferebant, ut ♄ ☉ ☽ ad men-  
sium initia, ☽ Solstitium æstiuum, à quo  
annū ordiebatur ad mensem ἐκατομβαιώντα  
conueniret. Meminit Herodotus in So-  
lonis historia uetustissimi anni Græcorum,  
qui cum viderent, dum sol annuo cursu or-  
bem suum circumit, Lunam nouam duode-  
cies, interdum tredecies oriri: arbitrati  
sunt, 12 menses, quibus singulis Egy-  
ptiorū more 30 dies tribuerunt ad annum  
naturalem conuenire, ☽ alternis annis in-  
tegrum mensem 30 dierum intercalarunt.

Sed huius antiquæ ☽ rudioris formæ  
emendationes crebræ ☽ multiplices postea  
institutæ sunt ex quibus præcipua est  
Metonis ἑννεαδέκατηρίς qui, in 19. annos  
Lunares, præter diem singulis Olympiadib.  
insepi solitum, adhuc septem mensibus [u-  
no 29, reliquis 30 dierum] ratione Epacta-  
rum distributis, Nouilunia omnia, ☽ æ-  
quinotia ac solstitia ad eosdem dies, in qui-

G 6 bus

bus ante 19 annos fuerunt ita exacte restitui docuit, ut non multo plus unâ hora anticipent. Nam anni solares 19 dies 6939, & h. 18. fere efficiunt. Anni vero Lunares 19 cum 7 mensibus  $\epsilon\mu\beta\omicron\lambda\iota\mu\omicron\lambda\epsilon$  continent, 235 menses Synodicos h. e. Dies 6939 h. 16 cum dimid. Quare & Iulius Cæsar suo anno numeros Cycli decennonalis, ut Nouiluniorum & plenil: singulis mensibus indices essent, in scribi iussit.

Vnde hodierno die Aurei numeri appellatio in calendarijs hæret: tamen si propter  $\zeta\upsilon\upsilon\epsilon\alpha\delta\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\gamma\iota\delta\alpha$ , paulò plus unâ hora ab integris 19 annis solaribus deficientem, singulis 400 annis, unâ die, atq; ita à Iulij Cæsaris & Augusti ætate amplius quatruiduo pristinas sedes præuertit, sicut in Ecclesiæ Romanæ Calendarijs, quæ Breniarijs præmittuntur, Nouilunia amplius quatruiduo veterem aurei numeri locum præcedere videmus. Sed in Lucheri Calendario, emendato, legitimis Nouiluniorum sedibus, aureorum numerorum notas, singulis mensibus adscriptas videmus.

Veterem Romanum annum Numa ad Græcorum exemplum in 12 menses Lunares distribuit, sed unus dies vel per Imprudentiam,

dentiam, vel imparis numeri religione ac-  
 cessit ut 355 dies contineret. Huic singulis  
 octennijs, 90 dies, ratione Epactarum &  
 Quadrantis, inferebat: ita ut alternis an-  
 nis, mensem 22, alternis 23 dierum intexer-  
 ent inter Terminalia & Refugium h. in-  
 ter 23 & 24 diem Februarij. His enim  
 diebus festa illa olim celebrata fuisse ex  
 Calendario uetere Romano, recēs cum Pau-  
 li Manutij epistolis edito, & lectioni Cicero-  
 nis totiusq; Romane antiquitatis lucem exi-  
 miā adferente, manifestum est. Cum au-  
 tem octavo quoq; anno, dies octo, propter  
 annum Lunarem, unā die auctum, redun-  
 darent: tertio quoq; octennio, non 90 sed 66  
 dies tantum intercalabant. Ita fiebat, quod  
 Livius inquit, ut 24 quoq; anno ad metam  
 eandē solis, unde orsi essent, plenis annorum  
 omnium spatijs dies congruerent. Hęc in-  
 tercalandi cura, cum Pontificib: mandata,  
 eorumq; avaritiā & libidine nocendi aut  
 gratificandi publicanis vel Magistratibus,  
 quos citius abire, aut diutius imperio uel  
 re ditibus redemptis frui cupiebant, plane  
 deprauata ac corrupta esset: Tandem Iulius  
 Cesar AV. 708, anno ante Christum, 44.  
 tota illā difficili ac intricatā mensuram  
 interca=

intercalarium ratione sublata, Novam  
 Anni formam omnium simplicissimam &  
 facillimam, ad solis tantummodo cursum,  
 qui 365 Dieb: 5. hor: 49 M: Zodiacum  
 peragrat, accommodatam instituit, ut 365  
 dierum annus esset, et pro reliquis sere 6  
 horis, quarto quoq; anno unus dies inter  
 Terminalia & Regi fugium, seu ante po-  
 stremos 5 Februarij dies intercalaretur:  
 Qui idem cum proxime sequente sexto cal:  
 Martij retineret. Unde & dies & annus  
 bisextilis appellatus est. Ac ut messium  
 & vindemiarum feriæ, ad convenientia  
 anni tempora revocarentur: præter inter-  
 calarium mensem 23. dierum, qui eo anno  
 mense Februario insertus erat: duos alios  
 menses intercalares 68 dierum inter No-  
 vemb: & Decembrem interiecit. Quorum  
 in Epistolis Ciceronis lib: 6. ad Ligarium  
 mentio fit: Ego cum ad V. Kal: intercala-  
 res priores, venissem manè ad Cæsarem etc.  
 Cæpit autem hæc forma anni Iuliani in or-  
 be Romano usurpari anno U. 709 Anno  
 ante Christi nataleni 43. Quam propter  
 eximiam commoditatem Ecclesia Christia-  
 na etiam toto orbe amplexa est, Quæ diem  
 bisextilem, quarto quoq; anno statim post  
 diem

diem diem 23 Februarij proxime ante diem  
 em Matthiae apostoli, calendario suo intex-  
 it: ita ut perpetuo festum Matthiae, quin-  
 to à fine Februarij die celebretur & eandē  
 literam f & appellationem Cal: Martij re-  
 tineat, & proxime precedenti etiam in-  
 tercalarij dici impertiat. ut in Computo di-  
 citur,

Bissexturn sextae Martis tenuere Calenda.  
 Posteriore die celebrantur festa Mathiae.

Hinc errata multorum, qui hoc anno  
 bissextili 1568 diaria ediderunt, & fe-  
 stum Matthiae ex sua sede, in diem f & a  
 litera f in e translulerūt: nec literam f, sed  
 vel d, vel c pridie Cal: geminarunt, facile  
 iudicari queunt. Adeo autem necessaria  
 est haec diei bissextilis intercalatio, ut eo  
 omisso, intra 700 annos solstitium aestiuum  
 in Decembrem, Bruma in Iunium, & sic  
 aestiui menses in hibernos, hiberni in esti-  
 uos migraturi essent. Etsi autem propter  
 hanc diei bissextilis intercalationem nunc  
 continuis 1611. annis, eosdem menses  
 tanquam sedes certas, aequinoctia & solsti-  
 tia habuerunt, tamen sensim recesserunt  
 dieb; circiter 14 anticipando (Nam equi-  
 noctium

noctium uernum quod in 11 diem Martij  
hoc tempore incidit, Iulij & Augusti ætate  
ad diem 25 Martij referebatur) propterea  
quod pro quinq; horis, 49 M. 16 sec. Sex-  
integræ horæ, quaternis annis collectæ in-  
tercalantur: atq; ita annus usualis ferè 11  
minutis uertente anno maior est. Quæ res  
cum festi paschæ celebrationem legitimam  
in Synodo Nicenâ mandatam perturbet,  
sæpè de anni emendatione, & æquinotij ac  
solstitijs, in ea loca, quæ tempore Synodi te-  
nuerunt, reducendis deliberatum est.

Ac Regiomontanus, a Sixto 1111 eâ  
de causâ Romam vocatus, censuit, si porro  
etiam æquinotia & solstitia regredi nol-  
lemus, singulis annis 135 unum diem in-  
tercalarem omittendum esse. Sed longius  
me, atq; volebam, à proposito dierum &  
anni bissextilis mentio abduxit, cum id  
solum hoc exemplo docere voluerim, stu-  
dia Philosophiæ & bonarum artium, quæ  
in scholis profitemur, Ecclesiæ Dei & Rei-  
publ. necessaria, Ideoq; diligenter & se-  
dulò colenda esse.

ὄντω πᾶσι ἄνθρωποι συμφροσιν] Ita  
hos

hoc totum, quod Homo dicitur, nihil nisi calamitas & miseria est.

οὐδὲρ ἀκιδνοπερο γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.  
ὁ βίθ' ἀλκιδῶς ὁ βίθ' ἀλλὰ συμφορὰ.  
Ita omnino calamitosus est homo. Fortè legendum, οὕτω πᾶς ὅστι ἀνθρώπος.

οὐ γὰρ μέγα πλοῦσι μάλλον τῶν  
ἐπιμέλιω ἔχοντες, ὁ λβιώπερ ὅστι Di. P. 7.  
ves non est beator eo, qui panem quoti-  
dianum habet. Seneca. Beatus est, non  
quem vulgus appellat, ad quem magna  
pecunia confluit, sed cui omne bonum in  
animo est.

Summum bonum est DEVS in huma-  
no corpore hospes, videlicet Animus re-  
ctus, bonus magnus, cui magno nihil ma-  
gnum est. Si vis esse felix, Deum ora, ne  
quid tibi ex his, quæ vulgò optantur, e-  
veniat. Huc Laudes Vitæ Rusticæ apud  
Virgilium Georg. 2. & Auræ Mediocri-  
tatis apud Horatium passim, conferantur,  
& in Tragædijs Senecæ:

Stet, quicumq; volet, potens  
Aulæ culmine lubrico.  
Me dulcis saturet quies  
Obscuro positum loco, &c.

Sic

Sic Gyga, primo ex hac familia Lydorum regi, oraculum sciscitanti, ecquis se viveret felicior, Apollo prætulit Aglaum Sopdiana Arcada, qui nunquam ex tugurio suo egressus erat Plin. lib. 7. c. 46.

ἀπείρη δὲ βῆσι, ἄτης καὶ ἐπιθυμίας, expers est magnarum calamitatum & iniustarum cupiditatum, quibus plerique opulenti & potentes Reges sibi magnas calamitates accersunt. Ἐσφοιστὴ ἀτας θαλίω, ὑπὲρ μέτρον, ἄλγῃ ἔχουσι.

πάντα ταῦτα συλλαβῆν) hæc omnia simul consequi nemo potest. Non uni dat cuncta Deus, & juxta unum bonum duo mala distribuit hominibus, iuxta Pindarum. τελευτήσῃ εὐχαριστωῆ] Placide, cum Gratia & εὐφροσύνη, αὐτὸς χαίρων, καὶ ἄλλοι εὐφροσύνη.

πρὸς ἕξασ ἀνέτρεφε] ut Pompeium & alios Reges & principes innumerabiles.

*Non sic Libycis Syrtibus æquor*

*Furit alternos volvere fluctus*

*Non Euxini turget ab imis*

*Commo-*

Commota vadis unda : ni-  
vali

Vicina polo, ubi ceruleis  
Fimminis aquis, lucida versat  
Plaustra Bootes:  
Ut precipites Regum Casus  
Fortuna rotat.

οὐτε ἐχαρίζετο, οὐτε λόγον] Cræsus hæc  
dicenti Soloni, nullam Gratiae aut Benis-  
gnitatis significationem ostendebat, sed di-  
mittebat, tanquã fatuum, qui omisis præ-  
sentibus bonis futura spectare iuberet. Ta-  
les fatui omnes Prophetæ, Apostoli &  
Martyres fuerunt.

ἔλαβε ἐκ θεῶν νέμεσις καὶ ὄσπον] Comes [u-  
perbiæ est καὶ πόσεια. &, Abominatio est co-  
ram Deo, quicquid inflatum est in mundo.  
Sennaberis. Nabuchodonosor. Hæc est Ba-  
bylon quam EGO edificavi. Timotheus.  
Hoc EGO feci, non fortuna.

ἔχοντ' & δὲ οἱ εὐχεστοί] AD RASTI  
polluti fraternâ cæde, nati ex familiâ Re-  
gum Phrygiæ, Excommunicatio, vt Peleus

H

ob

ob fratrem Phocum casu in ludo Disci interfectum à patre Æaco excommunicatus in Æginam Thessaliæ venit. Phœnix ob novercam supratam 17. 9. Formula excommunicationis in Oreste Euripidis & Oedipo Tyranno Sophoclis extat.

καθαρσις ἐδέετο] expiationem, Receptionem, Absolutionem ab excommunicatione, seu Proscriptione.

Συδὲς χθίμα μέγα] Similis Phrasis apud Lucianum in Abtione ἢ Ρωξάνη κἀθηκτὴ παμαλὸν ἢ χθίμα παρθένου. & infra Herod. p. 195. πολλὸν ἢ χθίμα τῷ ὀείωρ p. 180. χθίμα πολλῶν νεῶν. Conferatur autem VENATIO APRICALYDONII in Æolia, Metamorphos. lib. 8.

τὰ τῷ μισῶν ἔργα διαφδείσκει] Is modò crescentes segetes proculcat in herba Nunc matura metit fleturi vota coloni. Et Cererem in spicis intercipit.

Νεόγαμῶν ὄσι, καὶ ταῦτα οἱ νῦν μέλα] Deuter. 24. novis Maritis vacatio à Militiâ primo anno conceditur.

p. 8. ὁποσθεωρῶν utentibus, contentis hoc responso Mysis.

ἐνδοκίμειν] Specimen virtutis illustre edere, seu Nominis celebritatem quærere.

ἢ λόγῳ

ἢ λόγῳ ἐνάσασον] Generosa natura  
 Rationibus & argumentis persuaderi, non  
 serviliter cogi volunt. Duplex .n. Guber-  
 natio est δεσποτική καὶ πολιτική. Ulys. 17. 6.

τὰ παραλαμβάνόμενα, ea, quae su-  
 scipiuntur.

φυλακὴν ἔχωρ' εἰ πῶς δυνάμην, ἔπει-  
 πής ἐμῆς σε ζώης, διακλεψαί, curam adhi-  
 bens, ut possim tempore mea vitæ te sub-  
 trahere, eripere ex imminente morte. Sed  
 volentem ducunt fata, nolentem trahunt.

Ὅφειλες γὰρ ἐμεῦ προποίησαντ' &  
 χεῖρ' ἔς σε χεῖροισι με ἀμειβεσθαι. Insigne  
 Noëma de Officio referenda Gratia. Sed  
 quia Omnes Ingrati Deo, & parentibus, &  
 alijs benemeritis sumus: ideo non mire-  
 mur eos potissimum, qui summis beneficijs  
 à nobis affecti sunt, summa maleficia re-  
 ferre. Das ist der Welt danck. Et liber-  
 ratus à patibulo liberatorem suspendat.  
 Recitata fabula de Serpente & Rustico.

ἔπει δὴ κίσει, ut vobis noceant.

Ἄγγελῶν τῶν κροίσων] εἴργει δὲ ἑ-  
 δεῖς ἄγγελου κακῶν ἐπῶν, ut Parysatis  
 H 2 nunciata

nuncium mortis Cyri Iuniaris crudelissimo supplicio afficit. Plut. Artaxerxe.

πεπονηθῆς ἐκ] ἀπὸ πρᾶτερο μέδιο, ἔδερ  
πεπονηθῆς κακὸν ἀρμὴ πρᾶποιν

Διὰ καθάρσιον, Expiatorem.

ἑπίσιον, πρὸ ἐπίσιον, Domesticum, la-  
rarium [ab ἐσία, focus] ὕψις Ignis  
Dei, ignis [sanctus] Præsidentem Domus, seu  
hospitalem.

ἑταίριον, Socialem, præsidentem Amicitie,  
& Fidei amico debita.

ΜΕΤΑ ΔΕ, ἢ ΑΣΥΡΓΕ ΤΣ ΚΥΑΞΑΡΕΩ.

P. 9.

CROESVS nimum crescentem PER-  
sarum potentiam reprimere, & bellum  
CYRO inferre cogitans, veritatem Oracu-  
lorum, quæ consulere de eventu belli de-  
creverat, primum explorat. Astyagis Me-  
dorum regis à Cyro capti historiam infra  
fol. 23. & deinceps usq; ad 28. prolixè  
recensabit.

ἄπειπερᾶτο τῶν μαντιῶν πᾶμφα ἐξ  
Δελφῶν, ἐξ Ἀβας τῶν φωνέων, ἐξ Δωδών-  
νῳ, περὶ Ἀμφιάραον, καὶ Τροφῶνον.

DELPHIC I oraculi vetustissimi, cu-  
ius Homerus etiam ante bellum Trojanum  
Odyss. 8. meminit, originem & historiam  
integram, prolixiss. recitat Pausanias in  
Phocicis

Phocicis fol. 254, 255. & sequentibus.  
 & Diodorus Siculus lib. 16. p. 573. Fuit  
 in medio templi Hiatus, cui in tripode insi-  
 dens Pythia, exhalante inde spiritu acri &  
 vehemēti cum sonitu adflabatur, & in fu-  
 rorem acta, sciscitantibus, ad quasita sci-  
 tē & argutē, sed ambiguē plerunq; car-  
 minibus respondebat. Vicinum monti Par-  
 nasso fuit, qui fortasse nomen habet ab  
 Πῆμος mons, vel potius Πῆμος Hiatus, &  
 Πῆμος Nahas, augurium, vel divinatio.  
 Mons divinationum, vel Hiatus divinati-  
 onum. Pueri versus aliquot Oraculi Del-  
 phici meminerint.

καλλιστον τὸ δικαιότατον, λῶσον δ' ὑγια-  
 ῖν δ' ἰδ' ἰσον δ' ἐτυχῆν, οὐ τις ἕκαστος ἐξῆ. (νειμ.  
 Ἀνδρῶν δ' εὐόρκος γενεὴ μετόπισθερ ἀμείνων  
 ταῖς αὐταῖς τεχνάσι ἀλώσεται αἶς πρὸς ὑπης.  
 Paus. Messen. (Ξε.

Aristot.

ABÆ, non procul ab Elatea & mon-  
 te Helicone, cuius infra πολυμν. memi-  
 nit. Περσῶν ἐδ' ἴσον πάντα, & c. καὶ Ἀβῆας,  
 ἐνθα ἦν ἱερὸν Ἀπολλωνῶν, πλεῖστον Διοσκυ-  
 ροῖσι τε καὶ ἀναθύμασι πολλοῖσι κατασκε-  
 νασμῶν. ἦρ δ' ἐλικοῦ τόπος, καὶ ἴσον ἔστι

p. 245.

ῥησιγίον αὐτοῦ καὶ τὸ τοῦ ἱερῶν σὺνδύσων  
 τε, ἐν ἐπιγραφῇ. Persæ omnia vastarunt,  
 ut Ad. is, ubi erat templum Apollonis, dives  
 thesaurus, & Donarijs multis ornatum.  
 Erat autem tunc, & nunc est ibi oracu-  
 lum. Et hoc templum Persæ cum spoli-  
 asent, cremarunt. Et in Vrania. p. 262.

DODONÆVM, antiquissimum  
 omnium, in Epiri regione Thesprotia, à  
 Dodanim filio Iavan Nepote Iaphet, Ge. 10.  
 Qui domiciliū suum, & sedem familiae &  
 Ecclesiae suae ac Scholae, in qua doctrinam  
 de Deo propagavit, in ea Epiri orā fortas-  
 se habuit. Id à columbâ, ex Ægypto evo-  
 lante, primò monstratum fuisse, Herodo-  
 tus ἐν τετάρτῳ. commemorat, quod ex Dilu-  
 vij historia emanasse, & à posteris, qui  
 doctrinam patrum amiserant, depravatum  
 esse apparet. Versus Oraculi Dodonæi re-  
 citat Pausanias :

Ζεὺς ἦρ, Ζεὺς ὄσι, Ζεὺς ἕσσει, ὦ μέγαλε Ζεῦ,  
 μήθ' ἱκέτας ἀδικῆρ, ἱκέτας ἱεροὶ τε καὶ ἀγνοῖ.

Hinc Iupiter Dodonæus ἱλιάδ. π.

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε πελάσγικε.

Ἐ ὄδ' ὕσ. ξ.

ἐκ δ' ἑσθῆς ὑψικόμοιο Διός, βάλιν ἐπακῶσαι,

A M.

AMPHIARAI, prope Oropum in fi-  
 uibus Atticæ & Bœotia, dormientibus in  
 templo, substrata pelle Arietis, in sacrifi-  
 cio maceratus, per somnia respondit. Pausan.  
 Atticis p. 9. & Herodotus Kran. p. 262.  
 Fuit autem Amphiaras & vates & bel-  
 lator bonus, à Pindaro laudatus, Melam-  
 pi nepos, Alcmaeonis & Amphilocho pater,  
 ductus ad Thebas ab Adrasto, & fugiens.  
 Hiatus teriæ absorptus. Æschylus in ἐπιπέ-  
 τῳ ἰδὶβάε. ὅς γὰρ δὸκῆν ἄγιστος, ἄλλ'  
 εἶναι δέλεα, Nam cupit Esse Bonus magis  
 quam Bonus esse videri.

TROPHONII Iovis Oraculum, in  
 Lebadea Bœotia, tetrum & horribile an-  
 trum fuit, in quod, certis lotionibus & sa-  
 crificiis expiatus, per scalas angustas de-  
 scendebat, & in cavernam inferiorem,  
 ceu adytum abreptus, futura, de quibus  
 querebat, vel oculis cernebat, vel voce  
 recitata exaudiebat.

Descriptio Oraculi TROphonij integra  
 extat in Bœoticis Pausaniæ p. 248. 246.  
 247. ubi & Genealogiam recitat.



qui sedem familia & scholæ suæ eo in lo-  
co fortassis habuit, dictum existimatur.  
Situs templi Ammonis, & fontis vicini,  
describitur ab Arriano de rebus gestis A-  
lexandri Magni lib. 3.

κραιταξιῶσι] κραταξιῶσι χελῶνης.  
acris Testudinis, nares tentantis.

ΜΕΤΑ Δὲ ταῦτα δυσίησι μεγάλασι,  
τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν  
ἰλάσκετο.

SACRIFICIA & ANATHE-  
MATA CROËSI, de quibus Aristote-  
lis sententiam, in Rhetoricis, studiosi  
meminerint χαίρει ὁ θεός, ἔ τῶς δατώ-  
ναι τῷ θυοδωῶν, ἀλλὰ τῆ ἐνοσεία τῷ  
θυόντων, congruentem aliqua ex parte cum  
Prophetarum dictis. Esa. i. Quò mihi mul-  
titudinem victimarum vestrarum. Ose. 6.  
Misericordiam volo, & non sacrificium.  
Plato in Alcibiade, Non donis flectitur  
Deus, ut avarus fœnerator, sed animum  
intinetur.

ἠήσκει] pro ἠήσκει, congregans, coacer-  
vans, ἀ κέω.

H 5 ὡς

σάνδαρακίνοι] *forte σάνδαρακίνοι Sandaracini. h. e. rufi, à Sandaracha succo concreto, in aurarijs & argentarijs metallis. cuius duo genera Germani Neuschgele & Bergrôte nominant, de qua prolixè Agricola lib. 3. Fossilium, & Plinius lib. 34. cap. ult. & l. 35. c. 6.*

ΜΗΤΩ

μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλεία] Δυσφύ-  
λακτον γὰρ ἐν συνηθεία τὸ πρὸς δόξωσιν  
μνόν. *Nimia familiaritas efficit contemp-  
tium.*

ἢ τὸ δίκαιον φιλάσων χαλεπὸς] *e-  
rat custos iustitiæ severus & acer.*

αὐτὸς τε διεφθάρη] *aliena appetendo  
propria amisit.*

ΚΥΑΧΑρες ἐλόχισε κατὰ τέλει] *in  
agmina certa, cohortes, turmas & ma-  
nipulos milites distinxit, & ordinem mili-  
tiæ accuratiorem instituit. τέλει inter  
cetera etiam est τάγμα Σαυωβικόν.*

ὅτε ἡμέρη ἐγένετο] *supra fol. 15.  
ἐπὶ τῷ Νίνου] adversus NINIVEN,  
metropolim Assyriorum, cuius crebra in  
Biblijs mentio fit. Gen. 10. in Iona. Na-  
hum 1. 2. Tob. 1. 7. & alibi. Eversa tan-  
dem est à Cyaxare, ut Nabum prædixerat,  
annis 200 post Iona prædicationem.*

τὸ τοιοῦτο (Scythis) ἐπιπορεύασιν φεύ-  
γουσι (*in sequentibus fugientes Cimmericos*)  
οὕτω ἐσ τῷ μεδικῷ χώρῳ ἀπίκοντο (*sic  
in Mediam venerunt Scythæ*) *Melpom. p.  
117. 118. vers. 1. 2.*

ἀπὸ μακρῶν ὄρων φάσιν, καὶ ἐς κόλπον  
 χερῶν] Situs locorum in tabulis Geographi-  
 cis afficiantur. Maotis palus seu laucus  
 in quem Tanais influit, supra Bosphorum  
 commercium ὁ Pontum Euxinum situs  
 est. In Ponti Euxini ultimo versus orien-  
 tem littore PHASIS fl. ὁ oppidum est,  
 Vbi steterat regis Colchorum; patris Medee  
 sedes fuit. Hodie Fasso nominant ὁ Col-  
 chos Mengrelios, Iustliniani aetate 1206  
 Inde ὁ Mare ea Spinna ὁ Marsiana non  
 longa per Iberos vel Armenios manum  
 Herodoto Saffires dicto iter est.

Ἰαμμίτιχ ὁ Αἴγυπτος βασιλευς] ἐν-  
 ρ. 13. τέρπ. ρ. 77. 51. 45.

ἐν Ἀσκόλωνι πόλει] cuius mentio fit  
 Iudic. 1. 14. Ierem. 25. 47. Amos 1.  
 Soph. 2.

τὸ ἐν κυθήκῃσι] Cythera insula Laconi-  
 cae vicina, unde Venus Cytherea dicitur.

ἐνέσκηψε ἡ θεὸς] immisit Venus.

καλέσσι Ἐναρέας] ἀνδρογάως, infra  
 μέλωσιν. ρ. 126.

ὑπὸ

ὑπὸ τῆ ὕβρις καὶ ὀλιγωρίας ἀνοήσαστα  
 ἔπ] *cum injuriis ex mera petulantia, con-*  
*temtu, & superbia illatis, omnia vastar-*  
*ent; ὕβρις καὶ μάγνητας ἀπώλεσε ἡ κο-*  
*λοφῶνα.*

καὶ ἀμεδύσαντες] *Scythæ tandem per*  
*ebrietatem regnum Asiæ amiserunt.*

ἐκδέχεται δὲ Ἀσσυγῆς τῶν βασιλικῶν.  
*Excepit autem ASTYAGES regnum.*

**HISTORIA CYRI** concepti, nati,  
 infantis necem expositi, & mirabiliter  
 protecti, educati, & ad Regnum Medo-  
 rum erecti, ut Moses, Romulus, Oedipus,  
 Hercules & alij, in raris modis divinitus  
 ex periculo vitæ infantes erepti sunt.

De Cyro autem, ante ducentos annos,  
 Esaias vaticinatus erat, cap. 44. Qui di-  
 co Cyro, Pastor meus es, & omnem vo-  
 luntatem meam complebis. Cap. 45. Hæc  
 dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius ap-  
 prehendi dexteram, ut subyciam ante fa-  
 ciem ejus gentes, & dorsa regum veriam.  
 Et aperiam coram eo januas, & portæ  
 non claudentur. Ego ante te ibo: & glo-  
 riosos terræ humiliabo. Portas areas  
 conteram, & veetes ferreos confringam.

M S

E

Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum; ut scias, quia ego dominus. Has prædictiones diuinas, per uatem populi Iudaici de Cyro nominatim editas, cum Daniel Propheta senex, Cyro monstrasset; clamentio rem se erga gentem Iudaicam declarauit, eiq; reditum in Iudæam, ad pristinas sedes, & Autonomiam in Religione & cultibus concessit. 2. Paral. 36. 1. Esd. 1. Iosephus lib. 11. c. 1. ἀρχαιολ.

ἐπί τε καὶ ἐδοῦν ] vicinam partem ἐπί τε  
sequenti folio 24. vers. 12.

καλεῖσθε Ἀρπαγόρ ἄνδρα ὀκνητόν ] A-  
styages, infantem CYRUM, HARPAGO  
necandum; Harpagus, pastori deportan-  
dum, tradit.

p. 24.

Ἰδοὺ σιωπερῆς, nemoribus frequens,  
ἐπί τε ἀπονοστήσας ] Pastor, uxori  
puerperæ, mandata ab Harpago, exponit.  
Quæ proprio sætu, quem mortuum ediderat,  
exposito; Cyrum ejus loco educandum  
suscipit.

ὃ γὰρ ἄρ κότε κατέδεξα ἔνθερ γενεῶν ]  
non enim acceperam, ex quo genere,  
ex quâ familiâ, natus esset.

ὅτε ἦν δεκάτης ὁ πῶλις ] CYRUS de-  
cennis

cennis Rex puerorum inter pastores constitutus. In qua historia etiam, IUDICIUM Cyri, à Xenophonte recitatum, auditores meminerint. Erat procerior adolescens, qui brevem tunicam habebat. is alteri adolescenti breviori, habenti longam vestem, hanc detraxit, datâ suâ breviori, conveniente ad modum corporis illius. Desert autem ad Cyrum iudicem, in agmine puerili, hanc causam, is, cui longior tunica erepta erat. Hic pronunciat Cyrus, justum esse, quemq; tenere vestem suo corpori congruentem. Movetur enim commoditate, quam in usu vestium fore cogitabat. Postea, cum Magistro, iudicium, & causam sententiæ, ut mos erat, exponeret, rejectâ hac sententiâ, inquit magister, lege iudicandus esse, non ex commoditate, quam quisq; privatim cogitet. τὸ νόμιμον δίκαιον εἶναι, ac Cyro plagas dat, ut discant & ipse, & cæteri, Legē debere iudicij normam esse, non privatas imaginationes.

ἢ ὑπὸ ἀκρίσις ἐλθὼν ἑστὸ τέρη] species, vultus, oratio, gestus liberalior. ex quo nepotem CYRUM Astyages agnoscit.

ἐκ ἄμφορῶν

ἐκαμνορ μέγλωρ] *valde dolui*

Σώσρα] *σωτήρια.*

ἐε δέορ] *commode.*

Ἀσυάγης. ὡρ οἱ ἀπώκετο ἀπράτθ παύει]

*Astyages Harpago proprium Filium comēdendum apponit. Harpagus autem.*

ἐντορ τε ἐεουτο γίνετ] *sue mentis compos mansit.*

ἀρεσορ εἶναι παρ τὸ ἀρβασιλεὺς ἐρδοι] *Injuriam atroc s. accipit, & insuper gratias agit, qui vult in aula consenscere. Mibi vero placet, quicquid rex facit, vel, ut Seneca eum respondisse narrat, Apud Regem omnis cœna iucunda est. Necessaria est ista doloris refrœnatio, utiq; hoc sortitis vitæ genus, & ad regiam adhibitis mensam. Sic estur apud illos, sic bibitur, sic respondetur. Funeribus suis arriandum est.*

παρὰ σμικρὰ γὰρ] *Vaticinia quædam tennes & non magni momenti euentus habuerunt.*

ἐπερ τοιαῦτα .i. Δαρσέεωρ.

ἂ. ὄσαρ ταῦτα ὁ Ἀσυάγης] *Cyrus ab Astyage auo in Persiam mittitur ad parentes.*

ἐπαι.

ἑωὶσάμενοι, credentes, putantes  
ἰσόθεον, interrogarunt.

κύνων δὲ θεοθετε, ut Romulum Lupa.

Κύνων δὲ ἀνδρὸν μύθῳ ] Practice Harp  
pagi & Cyri de Astyage evertendo

ἀποτίλαε ] ἀποτίλλω, evello, depilo.

V. 35. ἄστυγα μύθῳ ] lege μίπρῳ.

V. 40. 41. obseruetur inter Persarum  
populos, Γερμανισε, Germanos etiam &  
Daos recenseri. & φιλίῳ seu familiam  
A C H Æ Menidarum, ex qua Darius Hy-  
staspis, Xerxes, & hos subsequuti Reges  
Persarum, orti sunt.

18 aut 20 stadia ] efficiunt dimidium  
milliare Germanicum.

p. 262

ὅσπερ θεοβλαβῆς ἑωὶ ] IRATUS ad pœ-  
nam si quos Deus trahit eripere mentem  
talibus prius solet, Caliginemq; offundit, ut  
ruant suas Furenter in clades, sibi quas  
noxijs Accersierunt vltro consilijs mali. A-  
styagem igitur D E V S evertere volens,  
cœcitate mentis primùm punit, ut Harpa-  
go, quem adeo atroci iniuria affecerat, ex-  
ercitus commendat, eumq; fidum sibi fore  
existimet, in quem ipse perfidissimus  
fuerat.

•••••

σκαλιότατον] *stultissimum.*

πέρσαι δὲ οἶδα] *PERSARUM Religio, Preces, Sacrificia, Sacerdotes, Victus, Coniugia, Educatio liberorum & alij mores & consuetudines.*

ρ. 29. *δουλιῶσι, molis, frugibus, sale conspersis, non salsa fruge litare solent,*

μάγῳ & ἀνῆς] *Magi Sacerdotes & Theologi Persarum, qui Christum natum in oppido Bethlehem adorarunt, Matth. 2. σίτοις] cibus.*

*ἐπιφορημαῖς] bellarijs.*

*ἄσιω, molestiam, tristitiam.*

ρ. 30. *ὑποβολιμαῖα, subditicios, ein Wechselbalg.*

*μοιχιδία, spurios.*

*λεπτή, scabiem vel maculam scædiorum. Nam quod recentiores lepram, Græci Elephantiasin vocant.*

*λευκία vitiliginem. Congruit autem hæc separatio scabiosorum, cum lege Moysis, Levit. 13. 14.*

*ἀνεμι ἐπὶ τῶν πρότερον λόγων] intermissum p. 16.*

*Ἴωνες δὲ καὶ Αἰολέες] Historia urbium IONICARUM in littore minoris Asia, à Cyro armis*

armis domitarum, usq; ad fol. 36. Qua occasione, Origines illarum urbium, & deductas ex Achaia Peloponnesi, & Athenis, a Codri regis Attici filijs, Colonias, in initio describit.

κίερα δεκδέντο] δι' ἀγέλας ἀπίσσοι] Ἴωνες ἔκ' ἐπειδόντο] *supra* f. 16. V. 9. 10  
 ἐσ' Πανιώνιον] templum Neptuni, ad Mycalen p. 31. V. 41. 42. ubi convenire ad communes deliberationes & sacra solebant.

ἐπ' οἷσι περ' ὁ Λυδ' ἐσ'] iisdem conditionibus receperat Cyrus Milesios, quibus Lydorum regi antea de vinculi fuerunt. p. 4. V. 43.

τοῦ μὲν ἔρουσ] cæli bonitatē.  
 καὶ τῶν ἄρεων] quatuor anni partium temperie.

Nomina XII urbium Ionicarum in littore Asia, & a quibus singulae conditæ sint, & reliquam illarum historiam, proxime commemorat Pausanias in Achaicis p. 163. 164. & Strabo lib. 14. Incidit autem hæc migratio Ionum in Asiam, & coloniarum deductio, in tempora regis Davidis circa A. M. 2900.

ἐπὶ οἷσι

p. 31.

ἑξ ἑξαδέκα] ἢ ὀνόματι] ut si forte  
iam aliquis nominis *Vandalici* in hoc littore  
Balthico pueret. Sunt .n. & in hoc littore  
Germanie *Arctoo*, ut in ora minoris *Asie*  
maritima olim, Duodecim urbes insignes,  
*Lubeca*, *Uuismaria* *Rostochium*, *Sunda*,  
*Gryphis* *vvalt*, *Angelamū*, *Stettin*, *Colberg*,  
*Stolpa*, *Dantischm*, *Elbinga*, *Konigsberg*.  
ex quibus, priores quatuor *Vandalicæ* vo-  
cantur.

ἐν τῆς πενταπόλι] *Δωρίεε*, ὡς τῶν  
ἑξ ἑξαδέκα] Nomina urbium statim res-  
censentur, *Lindus*, *Cleobuli patria*, *ialessus*  
*Camirus* in *Rhodo*, *Cos* insula *Hippocratis*  
*patria*, & in vicina *Chersoneso*, *Cuidus*  
*Eudoxi* & *Ctesie* h *storici*, & *Halicarnas-*  
*sus* *Herodoti patria*, ut in hac vicinia  
ἑξ ἑξαδέκα, seu sex urbes *Vandalicæ*, in di-  
versis terridorjs sitæ sunt, *Lubeca*, *Ham-*  
*burgum*, *Rostochium*, *Sunda*, *Uuismaria*,  
*Lüneburga*.

τὸ τῆς ἑξαπόλι] *Apollinis* templum in  
promontorio *Cuidi*, p. 36. V. 26.

ἑξ ἑξαδέκα] *δωδέκα* ὅτι μέγα] duodecim  
*Achaorum* urbes, in *Peloponeso*. & sin-  
gularum historia, a *Stabone* *liv. s. p.* 265  
usq; 269 & *Pausania* in *Achaicis*, recen-  
sentur. Αἰῶν

Ἄβαντες μὲν ἦν Ἐυβοίης.

Mixti sunt Ionibus in Asia, multi ab origine Ionica alieni. ut Abantes, Origine Thraces, ex Aba Phocidis, Parnasso vicina, in Eubœam progressi, à quibus insule totius inquilini Abantes appellati sunt. Ἰλ. Β. οἱ δ' εὐβοίων ἔχον μύσχα πνεύοντες Ἀβαντες.

Μίνυα ex Orchomeno progressi, de quibus infra μέλπ. in Asia Teon occuparunt.

καδ' μέσοι ] Thebani. à Cadmo conditore.

Δρύοπες ] ad Sperchium fl. vnde in Argolicam, Asinam venerunt.

Φωκίης ἀποδάσμοι ] à quibus Phocæa ab Harpago capta, nomen accepit.

ἀποδάσμος partem significat.

μολοσοί gens Epirotarum.

Ἄρκαδες in medietate Peloponnesi.

Δωριεῖς, ad pindum montem & fl. inter Thessaliam & Parnassum, oppida Eri-  
neum, Boium, Cytinium tenuerunt. Hinc ab Heraclidis in Peloponnesum ducti, pul-  
sis Æsculapij posteris, Epidaurum occuparunt. Hinc Colonia, Procle duce, in Samum ducta est.

N

πρῶ-

πρωτανεις τῶν Αθωνικῶν] Senatus Atheniensis constabat 500 viris, in Decadas divisiss. ex quibus, alij superiores magistratus & πρωτανεις deligebantur. Nominatur & locus seu Curia πρωτανειῶν in quo magistratus conveniebant, & pro patriâ interfectorum liberi publicè alebantur.

ἀπὸ γλαύκῃ τοῖ ἱππολόχῳ]

Sisyphus

|

Glaucus

|

Bellerophontes  
rex Lyciorum

Hippolochus.

Laodamia.

|

Glaucus.

|

Sarpedon.

οἷδε καύκωναε πυλῖσε ] in Messeniâ & Elide. alij enim sunt Caucones in Asiâ.

Phytus

Phtyus

|  
Celæus|  
CAVCon, ex Eleusine in Mes-  
senen Orgia intulit. Vide Pausaniam in  
messeniæ pag. 87. & Strabonem lib. 8.

Andropompus

|  
Melanthus, ex Pylo Athe-  
nas commigravit.|  
CODRVS REX  
Atheniensium

---

Andro Neleus, Cydrelus, Gnopus, Andre-  
clus, Miletus, Myuntis, Erymon,  
conditor | thrææ, Colo-  
Ephesi, | phonis.

Æpytus Prienes,

Ἀπάλειπτα ἄγασσι] Melanthus Pylius  
in monomachiâ cum Xanthio Ræoto, decit  
pit eum, dicens eum δεύτερον, Selb ander,  
venisse. Cùm igitur Xanthius respiceret,  
Melanthus eum interficit, vel ὁμοσάτο-  
σι. Vide Suidam.

N 2

MURÆ

μυκάλια] prope Ephesum.

αἱ δὲ Ἰολαίαι] Æolicae vrbes Duodecim in littore supra Ioniam, e regione Chij & Lesbi, vsq; ad Troadem, Homeri atate porrigebantur. ab Hermo fl. vsq; ad Lectum. Strabo lib. 13. toto, & imprimis p. 429. 428.

De SMYRNA lib. 14. p. 32. 437.

ὁμολογίην ἐχθίσαντο] sic transfegerunt.

ὡς δὲ ἀπικέετο εἰς τὴν Σπάρτην] Rediit ad historiam, à qua, fol. 30. vers 35 digressus est, de legatis Ionum, ad Spartanos, auxilia petitem missis.

συναμώσθησαν] ledere, vastare, perdere. infra Ὀυρακίη p. 245. V. 33. Πηρὸς Φωκίαν & πάντα συναμώσθησαν, Persa quacunq; iter per Phocidem fecerunt, omnia vastarunt.

ἔλενα] deploranda

ὡς δὲ ἀπικέετο ὁ κύριος] Defectio Pactyis Lydi, & Ionum ac Æolensium à Cyro.

ἐναμώσθησαν] ἐναμώσθησαν subigo farinam, ἐναμώσθησαν Ich hab mirs selber eingebrockt/ selbst eingefneien.

μαζαρέα ἀνδρα μηδον] Mazares Dux belli contra Pactyem & Ionas, cui successit Harpagus.

ἐς κύνυρα] Æolidis urbem.

ἐστὶ δὲ τὸ ἀνῶσαι τοῦ ἐν βραχίδῃσι] de consilio capiēdo referre ad Deum (Apolinē) in Branchidis. Strabo lib. 14. p. 437. Congruit autem responsum Cumæis datum, sententiæ oraculi Dodonæi. μήθ' ἱκέτας ἀδικῆσθαι, ἱκέτας ἰερότε καὶ ἄγνοιο.

ἐπὶ τῷ Ἀταρνῆσι μισθῷ] Chij Paſtyen supplicem Persis dediderunt, hac condicione, ut Atarnen, e regione Lesbi, inter Adramitium & Pitaneu sitam, mercedis loco reciperent.

In hoc Atarnensi campo postea capitur Histieus Milesius, quem capitum Persæ crucifixerunt infra. p. 178 U. 8. 12.

οὔτε ἄλλα κριθῶν προχυσίη ἐπολιέτο] neq̄ molis hordeaceis libavit ulli Deorum, neq̄ bellaria ex fructibus regionis illius coxi, vel pinsuit.

Ἄσπαγος κατέβη

HARFAGVS, cui filium Astyages comedendum proposuerat, Dux belli contra Iones rebelles.

N 3

Ὄκωφ

ὅπως γὰρ τειχίρας ποιήσῃ] *inclusos mœnibus postea aggeribus circumvallavit.*

Φωκαίη Γωνίης] *PHOCÆæ Obsidio, sita ad Hermi fl. ostium, prope Cumas.*

τὸν δὲ Ἀδρίαν] *mare Adriaticum, ab Adriâ oppido. Inter Venetias & Padi ostium.*

Τυρσωνίαν] *Hetruriam seu Tusciam usq; ad Tiberim.*

Ἰβερίαν] *Hispaniam, ab Ibero fl.*

Ταρτησὸν] *Bætis fl. & Urbis nomen antiquum: hodie Sibia, Hispalis, vel vicina aliqua. Ταρτησὸν ποταμὸν παρὰ τὴν γὰρ ἀργυροσίρην Stesichorus.*

καταδείξαντες] *ostenderunt.*

πεντηκοντήρας] *longas nanas, quinquaginta remis incitari solitas. Ita ut ab utroq; navis latere 25 remis agitari-entur.*

Οινύσοι] *Insulas Chio adjacentes.*

ἐς Κέρνον] *CORSICAM insulam, quò deduxerant coloniam Alalam.*

ἀπεσφάφατο γὰρ τοὺς ἐμβόλους] *cogita, an contusis rostris factæ mutiles.*

ἔπλεον

ἑσπερον εἰς Ἕκχιον] in extrema Italia  
ora, versus Siciliam. p. 35.

Ἀγυλαίοισι] Agylla in Hetruriâ, à  
Pelasgis, ex Thessaliâ profectis, condita,  
deinde à Lydis Tyrrhenis capta, Care di-  
cta est, ubi sedes Regum fuit. Strabo lib.  
5. p. 153.

Ἰέλι] Velia, cuius initio Topicorum  
Ciceronis mentio fit. Inde Massyliam in  
Galliâ condiderunt. Ἰέλιω, Eleam suo tem-  
pore dictam, Parmenidis Physici & Ze-  
nonis Eleatæ patriam fuisse, refert Stra-  
bo.

Ποσειδωνίτιω] Ex Posidonio Lucaniæ  
urbe, 6 mill. Germ. ab Hyelâ distante,  
prope Palinurum promont.

ἤσορ εἰόντα, ἀλλ' ἔτι τῶν νῆσορ] terram  
continentem, non insulam.

Ἄβδηρα] in littore Thraciæ, è regio-  
ne Thassi, patriâ Democriti.

Μιλήσιοι, ὡς καὶ πρότερον μοι εἶρηται]  
p. 30. v. 34.

εἰς Σαρδῶν] Sardiniam, prope Corsi-  
cam.

Θάλεω] Thales Milesius, ex Phœniciâ  
oriundus, artes mathematicas in Græci-  
am primus intulit.

ἐπὶ κᾶρας] CARES.

Μίνω κατ᾿ἄκοι] *Minois regis Crete*  
*qui circa A. M. 2700. vixit, subditi e-*  
*xant.*

ἐπὶ τὰ κρᾶνεα λόφου] *in galeis cris-*  
*tas, Die Schreibfeder, regit equites &*  
*milites quantumvis frementes.*

τὰ σημεῖα] *Insignia familiarum, Das*  
*Wapen.*

ὄχουα] *lora, κράτημα τῆς ἀσπί-*  
*δος.*


Μυλόασοισι] *urbe Carie, patriâ Hy-*  
*bree, qui Antonio Triumviro à consilijs*  
*fuit, Strabo. l. 14. p. 454.*

οἱ δὲ κᾶρυιοι] *in littore maris, ad fie-*  
*p. 36. nes Carie & Lycie, e regione Rhodi.*

οἱ δὲ λυκιοι] *olim Milyæ, SOLymi &*  
*Termilæ dicti, sub rege Sarpedone, ex pos-*  
*teris Europe orto.*

Fratres


Fratres



Ἀντιοῦ τοῦ Πανδίου ] Erechtheus

Cecrops

PANDION



Οἰκῆσαι δὲ καὶ ἄλλοι ] CNIDVS Læ-  
cedæmoniorum colonia, quæ postea Eudo-  
xum mathematicum, Ctesiam historicum,  
Theopompum & alios tulit.

Oraculi versus, de Isthmi perfossione,

N S CINIIS

cuius similes sæpius incassum susceptas, in historijs legimus, observatu digni sunt. Carolus magnus ex Danubio in Rhenum ducere navigationem instituens, Altmilam & Radantiam fl. fossâ conjungere frustra conatus est sicut ex Albi, in hoc mare Balthicum, per Eldam, Storam, lacum Suerinensem ad Uvismariam, per fossio Isthmi 40 stadiorum inter Fichel ad lacum Suer. & Uvismariam, irrito eventu tentata est.

κῦς δὲ, ἔπει τὰ πάντα.

BABYLONIS, Assyriæ metropolis, à Cyro capta, situm, Figuram τετραγωνον, Ambitū 480 stadiorum seu 12 mill. Germ. Fossas latas & profundas; Muros ex coëli lapide latos; Portas urbis centum: (quarum nomina aliquot in fine Thæliae p. 114 exprimuntur) Duas partes urbis, Euphrate divisas: Ædificiorum formas: vias publicas: Templum Beli & Turrim Babylonicam, deniq; Politiam & Reges Babylonicos, graphice describit.

Estq; exemplum Laudationis seu descriptionis

scriptionis urbium, in genere Demonstrativo, insigne. Origo & conditio Babylonis, & Regnum in Babylone primum, à Nimrodo constitutum recitatur Gen. 10. 11. à quo ad Sardanapali exitum sunt anni 1360. Inde circiter 300 ad Cyrum. Sardanapalo enim, in Ninive, Pbul Belochus, Tiglat, Salman, Sennaberib, & hoc à proprijs filijs interfecto, Merodach (Mardocempadus Ptolemæo) in Babylone, & filius, & Nabogdonosor primus & Magnus, qui Iudeos in Babylonem abduxit, ordine successerunt. Nabogd. nepos fuit Baldasar, qui Dan. 5. captà vrbe, à Dario Medo & CYRO Persa scribitur interfectus esse. Hunc Labynitum regem Babylonis ab Herodoto nominari quidam coniectant 𐤁𐤁𐤁 Babel à confusione linguarum Gen. 11.

Ασσυρίοι ἐπέκειντο Ἰορδάνης ab Assur filio Sem Gen. 10 quorum creberrima in libris Regum populi Iudæici mentio fit. 4. Reg. 15. 16. 17. 18. 19. Fines Assyriæ sunt ab occasu, Tigris fl. dirimens eam à Mesopotamiâ, (hodie Diarbekir) versus meridiem, Babylonia et Susiana; ad ortum MEDIA; versus boream Niphates, Alpes, Armeniam maiorem ab ea distinguentes;

NIVS

ΝΙΥΣ ἀνασάττε γενομῶνις ] urbe. Nive  
 Nive [que 30 mil. à Babylone distabat, &  
 altera arx regum primæ Monarchie fuerat]  
 à Cyaxare vastata, ut Nabum 1. 2.  
 & Tob. 1. 7. 14. Soph. 2. & alibi prædica-  
 tum erat.

120. σαδίων ] tria mil. Germ.

ὠνηχέων βασιλίων ] Cubitus commu-  
 nis 4 Palmos, Palmus 4 digitos continet.  
 Quare uno fere palmo longior est Regius  
 cubitus.

ἔωλινθευον ] in lateres redigebant.

τέλμαλι ] Pro cæno, ad conglutinando  
 dos lapides, utebantur Bitumine calido.

διὰ τρηκόντα δόμων ὠλινθευοντες  
 καλάμων ἔωισοιβάροντες, in triginta do-  
 mibus seu officinis latericijs, cœctos late-  
 res, super arcolis arundinis impositos sic-  
 cant, vel summitates arundinum inter la-  
 teres stipant: non satis sententiam asse-  
 quor.

μονόκωλα ] unius contignationis.

δρόμβες ] grumos seu Guttas spissas  
 & concretas. Luc. 22. Christus in agone  
 δρόμβες sanguinis sudat.

δύο φάσεις ] duæ alæ, partes urbis,  
 Euphrate distinctæ.

ΕΥΦΡΑΤΗ

ΕΥΦΡΑΤΗΣ] Euphratē's fl. in sacris etiam literis celebratus, quem hic in Armeniā oriri ait, unde primum occidentem versus, inde ad meridiem flexus, Cappadociam & Armeniam minorem, ab Armenia maiori, & ex Tauri angustijs egressus, Syriam Comogenen, à Mesopotamia dirimit. Inde ad ortum brumalem conversus Babylonem persluit, sub qua, Tigride ad Apameam excepto, Susianam & Babyloniam determinat, ac in sinum Persicum tandem ad grad. long. 80. latit. 31. effunditur.

ἔσ τὸ ἐρυθρὸν θαλάσσιον] inter Mare rubrum, quod filij Israēl ex Ægypto egressi transierunt, & Sinum Persicum, in quem Euphrates se exonerat, Arabia Felix interfacet quæ miliaria circiter ducenta versus meridiem porrigitur. Sed Græci, totum illud mare Meridionale Arabiam Felicem undiquaq; complectens Sinum Persicum & Arabicum, vastum illum Oceanum, Africā alluentem, Rubrum mare appellant. tametsi nihil colore à cæteris maribus differat.

ἄγκωνας] flexus, rectum angulum constituentes apud Vitruvium lib. 3.

ἔσ τὸ ἐρυθρὸν

αἱ ἑπικαμπαί] *ripa incurva* [p. 38<sup>v</sup>. 25] *coctilibus lateribus pro sepe praetexuntur.*

τρεῖς ὄφωρ] *Domus trium vel quatuor contignationum.*

λαύρα] *vicus, angiportus.*

Διὸς Βήλα ἰσορ] *Idoli Babyloniorum BELI nomen extat Esa. 46. Dan. 14. Idem nomen est cum 𐤁𐤎 Baal, dominus, ardenti amore colendus. de cuius cultu 3. Reg. 18. 19. Num. 22. 4. Reg. 5. 10. 21. 23. 25. Ierem. 19. 32. 7. & alibi passim in Biblijs dicitur.*

πύργος] *TVRRIS* Babylonica. Gen. 11.

σταδῖος] *stadium seu sexcentos pedes longa & lata.*

τὸν δεῖρ' αὐτὸν φοῖτᾶρ] *Dan. 14.*

πατόροισι] *Patara, S. Nicolai, episcopi Myrae, qui concilio Niceno interfuit, patria.*

ταλάντων 800] *si talentum 600 coronatis valet; erunt 480000. At proportio auri & argenti decupla vel duodecupla est.*

τὰ τέλεια τῶν προβάτων] *perfectas, adultas grandes oves.*

γαλα-

γαλαθλωά] lactentes agnos.

ἄρρησι πέντε] sed longè vetustior est SEMIRAMIS, Nini conjunx, cuius res gestas prolixè, ex Ctesia Cnidio, descripsit Diodorus Siculus lib. 2.

ἀρρημηλία ἄρρη] captas urbes. ab ἀρρημοι per reduplicationem Ionicam προρημηλία.

ἔλυτρον] receptaculum stagni.

Βόθρον μὲν ἐς τὸ ὕδωρ] tam profunde fodiebat, donec aqua scaturiret.

420 stad.] 10 mill. Germ. cum dimid.

τῆ ἄιτε ἐσβολᾷ] ubi commode poterat adiri vel invadi regio: ubi aditus in Babyloniam & compendiarie viæ ex Mediâ erant.

ἔπεπίνεσκε] ἀ πίνω tendo. Paragoge P. 39.

Syllaba σκε, Iombus usitata.

χοάσπειω] Choaspis fl. Strabo lib. 15. lib. 6. p. 497. In Biblijs & a Plinio Eulæiss no. cap. 27. minatur.

Σῶσα] cuius Danielis 8. Nebem. 1. 2. & alibi mentio fit. latine significat Rosam. Susanna, Rosa Gratiosa.

Γάωδη ποταμῶ] cuius in τετραχ. fol. 159. vers. 27. iterum meminit.

Ναῦα

ματιήνοισι ούρισι] *Matiensis montibus in Mediae finibus.*

Διά Δαρδανέων] *fortè Δαρνέων, qui inter Mediterraneos Assyriae populos nominantur.*

τιγρι] *infra Babylonem Euphrati iunctus una in sinum Persicum defertur.*

παρὰ Ἰβρι πολιν] *ad Tigrim fl. ubi emporium est viciniae. Strabo lib. 16. p. 504.*

ὁ δὲ μιν συμψίσκε] *fluvius contorquens equum abripuit.*

οἱ δὲ βαβυλώνη] *Obsidio Babylonis.*

ἐπὶ τὰς ἀμασίας] *de quibus p. 37. vers. 30.*

ἐν κούρῃ] *in cauea.*

ἔδωκεν ὄρνιθιν, χορὴν τε] *Hæc cum Danielis narratione cap. 5. aliqua ex parte congruunt.*

πλὴν δὲ δώαμιρ τῷ βαβυλωνίω] *Potentia & opes regni BABYLONICI.*

χωρεῖον μεδίμνος ἀττικῶν] *Medimnus Atticus, sex modios Romanos; Modius 16 Sextarios continet. Chænix seu demensum servuli diurnum, duos sextarios. Superat igitur ἀστάβη, medimnum Atticum, sex sextarijs.*

ἐδράωε

ὁ δὲ ζώεται] *crescit, maturescit seges.*  
 κηλωνίοισι] *ciconijs, quibus ex puteis*  
*aquæ hauriuntur.*

πρὸς ἥλιον χειμερινόν] *versus ortum*  
*brumalem,*

ἑσέχει] *pertinet, porrigitur fossa ex*  
*Euphrate in Tigrin.*

δίκασια] *ager Babylonius fert ducent-*  
*tuplum. Unus medimnus frumenti satus*  
*fert ducentos. In his terris, agri omnium*  
*uberrimi, decuplum ferunt: communiter*  
*quintuplum aut sextuplum, alicubi vix*  
*sementem refundunt.*

κέρχες] *miliij.*

σησάμω] *semen vasculis inclusum ge-*  
*rit, ut papaver.*

φοίνικες] *Palme.*

βαλανηφόροις] *scæmellis palmis glan-*  
*des seu Dactylos ferentibus.*

ὁ ψῶ] *ut masculæ palmæ fructus,*  
*scæmellæ fructum percoquat & ad matu-*  
*ritatem adducat. Significat etiam ψῶ ver-*  
*mem in grossis & dactylis nascentem.*

νομέας ἰτένης] *ligna navis ex salice*  
*secantes. p. 41. v. 6.*

πολισωντας] *i. naves ex salicibus te-*  
*xtas.*

σεγα-

σεγασιδα] ἀ σεγαυός, τῶσι πυκνός  
σφιγκτός, σωεχίς in Suida.

ωλήσαντες] implentes, stipantes.

βίκες] lagenas vel vasa vinaria.

ωλήκτωρ] palia, longurijs remis.

5000 ταλάντων] drey Tausent Cent-  
ner.

Talentum 60 libras continet.

ἄπειρηξω] ligna navis & arundines  
seu stramenta, venalia proponunt, voce  
præconis denunciât, si quis ea emere velit.

ἑοθατι] Cultus corporis Babyloniorū.

χλευίδιον] penulam.

ἑμβόσι] cothurnis.

μίτρησι] filis aut fascijs ἀ μίτος filum.

μεμυσσμελίοι] uncti, unguentis per-

fusi.

ἄρῆσι] cultus corporis.

Νόμοι δὲ αὐτοῖς] Mores, VIRGINES  
pecuniâ venditæ locantur.

εὐδαίμονες ἐπίγαμοι] divites proci-  
emunt formosissimas. ἐπίγαμοι, conjugio  
maturi.

ἄρσιον Βάλλων] fortè λαβών τῶν  
ἐλάχισον ἐπισαμλίων. qui minimo conten-  
tus est.

ἑμπεροσ] vicio aliquo corporis laborās.

πριλά

πρῶτα] emptori virginis non licet abducere eam, nisi datis vadibus caveat, se in matrimonium eam ducturum esse.

κατέαται] sedent. tertia pluralis, In-P. 428  
dicatini modi, ἀ κάθημαι, κάθηται & ἰοῦσι  
κῶε, κατέαται.

δύμιγθ] funiculi.

ἀκύνωσι] torrent pisces ad solem, ut Norici & Islandi in aere gelidissimo pisces siccant, quibus panis loco utuntur.

λείνουτες ὑπερῶσι] Pisces sole torrefactos, in mortario comminantes pistillis, servant in linteo farinam.

ὡς δὲ τοῦ κύβου ἐπεδύμησε μάσχα-  
γέτας ὑπὲρ αὐτὸν πωλίσσας.

Expeditio Cyri aduersus MASSAGETAS, quos ad occidentalem & borealem maris Caspii oram, ad vltimam Iaxartem & P. volgae fluij Tatarici ripam, vsq; ad Araxem sedes habuisse: & GETARVM seu Gothorum gentem fuisse, consentaneum est: ortam a Gether & Mes, filijs Aran, Gen. 10. Ut autem reliqui Getae, ad Istrum & Pontum Euxinum: ita Massagetae, ad mare Caspium habitauerunt, quos Dionysius his versibus describit.

Ο 2 τούτῳ

τούς δέ μετ' ἀντολίω δέ πέρην κελάδονα  
 τῷ Ἀράξει,

μασσαγέται ναίσει, δοῶν ῥυτῆρες οἴσω,

ἀνέρες, οἷς μητ' αὐτὸς ἔγω, μὴθ' ἔστις ἐ-  
 τάρῃ

Ἐμπελάσοι, μάλα γάρ τε κακοξενώτεροι  
 ἄλλων.

*Ptolemæus ad orientalem maris Caspiorum, propè Hyrcaniam & Oxi fl. ostia, & ulterius orientem versus SACIS vicinos, intra Imaum Massagetas collocat. Ubi etiam Strabo lib. 11. eorum mentionem facit.*

p. 357.  
358.

*Sed hæc Herodoti Chorographia, qui eos πέρην τοῦ Ἀράξειω ποταμοῦ, ἀντίον δέ τῷ Ἰσσηδόνω, trans Araxem fl. é regione Issedonum, habitare scribit, cum Ptolemæica parùm congruit. Nam Issedones, [quorum infra etiam Μελλωμ. Herodotus meminit] in Scythiâ extra Imaum, & alios in Sericâ, Ptolemæus ponit, ac Issedoni Scythicæ civitati grad. long. 150. lat. 48. 30. tribuit. Sericis verò. long. 160. lat. 45. Massagetis verò ad Oxi ostium long. 105. Sacis verò long. 130. adscribit.*

*Araxes*

ARAXES autem fl. ab occidente, in Caspium mare, ad grad. long. 79.45. lat. 43.50. influit. Nec ultra 40 miliaria Germ. inter illius fontes & ostia intersunt, cum Ister seu Danubius in nemore Hercynio paucis supra Tubingam miliaribus scaturiens, ducentorum & sexaginta ferè miliarium Germ. spacio, sexaginta receptis fluminibus in Pontum Euxinum tandem deferatur. Sed simplicius est de hac Herodoti Massagetarum historia alicubi ἐπέχειν. sicut Strabo etiam fatetur, de Massagetis nihil exquisitè & exactè, à Græcis scriptoribus, etiam qui Cyri bellum aduersus Massagetas conscripsere, traditum esse. lib. II.

ῥέει ἐκ ΜΗΥΛΗΝΩΝ] Ptolemæus Paryardes, Plinius Pariedros montes nominat, ex quibus ad grad. long. 76.30. latit. 42.30. Araxes emanet. Euphrates ad grad. long. 75.40. lat. 42.40. Mantiani lacus in Armeniâ meminit Strabo, qui Artaxatam & Arxatam urbes celebres, ad Araxem commemorat, & propè Artaxatam in Calderanis campis, prælium Selyni cum Hismaële commissum esse, Iouius coniecit. 1514.

Ἰδὲ κατὼν δόξασι] caspium seu

O 3

Hircas

Hyrcañium olim, hodie CLAVSUM mare, ingentia flumina, Araxem, Cyrum, Volgam, Iaxartum, Oxum, Casium & alia plurima recipit, nec tamen exitus inde ullus apparet.

ἡ Ἀτλαντικὴ] Atlanticum mare, & insulam Atlantidem in eo, totam Africam & Europam maiorem, celebrat Plato in Critia & Timæo. Americam forte & Peruanas & alias novi orbis terras, olim etiam notas fuisse significans. Vnum vero mare esse, Atlanticum, seu occidentalem Oceanum, & Mare rubrum, ideo dicit, quod ex uno mari in alterum, tametsi longissimo spacio, tota Africa circumnavigata, perveniri potest.

ῥεγοίη] remigio.

καύκασος] montana à Bosphoro Cimmerio per littora Ponti Euxini, Colchidis, maris Caspij & ulterius per totum Orientem usque ad mare porrecta, Caucasii nomine à Macedonibus comprehendi Strabo testatur.

lib. 15.

Pa. 73.

πολλὰ γὰρ μῆρη καὶ μεγάλα] Cause interitus CYRI. Res secundæ etiam sapientium animos fatigant, & insolentes reddunt.

dunt. Superbia verò & ὑβρις ἢ μαγνητὰς  
ἀπώλεσε ἢ κολοφῶνα. Odit enim & punit  
DEVS omne superbum.

ὅτι γὰρ ἰθὺς εἰς Σατάνην καὶ κύριον, ἀμεί-  
χανον ἢ διαφυγέον] Esa. 44-45. Qui di-  
co Cyro, pastor meus es: & omnem vo-  
luntatem meam perficies.

Hæc dicit dominus Christo meo Cyro,  
cuius apprehendi dexteram, ut subiiciam  
ante faciem eius gentes, & dorsa regum  
vertam. Et aperiam coram eo ianuas, &  
portæ non cludentur. Ego ante te ibo: &  
gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas  
conteram, & vectes ferreas confringam.  
Et dabo tibi thesauros absconditos, & ar-  
cana secretorum: ut scias, quia ego do-  
minus.

παυσάμην & δεξασίλω] ut infra  
Artabanus Xerxem pronunciat ἀτρεμι-  
ζοντα μακροσὶν εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώ-  
πων, si Quiescat beatum ab omnibus ho-  
minibus indicatum iri. Et Spartanus ille, de  
movendo bello seiscitanti consilium, rescri-  
bit, ἡσυχία ἀμεινον.

○ 4

Isocra.

Isocrates in Oratione περὶ ἐξίωσης suadet Atheniensibus, ut omisso sociali bello Pacem cum omnibus colant (& in hoc ambitiosi sint, ut quieti sint, & propria agant)

πῶ γὰρ ἡσυχίᾳ ὠφελιμωτέρων καὶ κερδαιοτέρων εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, πῶ δὲ δικαιοσύνῃ τῆς ἀδικίας, πῶ δὲ τῷ ἰδίῳ ἐπιμέλειαν τῆς αἰῶν ἀλλοτρίῳ ἐπιθυμίας.

σωαγείρας δὲ τῶν] Deliberatio in Senatu Cyri de bello adversus Massagetas gerendo.

παθήματα μαθήματα] Quae nocent docent. Vexatio dat intellectum. Nuth macht die Kinder gut.

κῦκλῳ τῷ ἀνθρώπων ὄντων πραγμάτων] Inconstantia & Fragilitas omnium rerum humanarum, admonet nos de Timore Dei & modestiā, & non suscipiendis iniustis aut non necessarijs, stulta cupiditate, & spe augenda potentiae.

τὰ δὲ ποιεῦντας] hoc stratagemate utens vincere eos conaberis.

ἔδοκεε ὁ κῦρ] Somnium Cyri de Dario Hystaspis, in cuius humeris alas in somnis cernit, quibus Asiam & Europam tegat.

ἔοντι

ἐόντων ἐνδοξοῖ ἀρχαίων ] ex familiâ  
 Achaemenidarum, quorum (supra fol. 27. p. 44.  
 v. 40. meminit, & in πολυμν. p. 202. Ge-  
 nealogiam pertexit.

Achamenes

Cambyfes

Cyrus

Teiffes

Ariaramnes

Arsamenes

Hystaspes

---

D A R I U S Artabanus Artaphernes  
 Hystaspis, Rex  
 Persarum.

X E R X E S.

τὰ ἐπιφροῦμενα ] eventura.

ἢ οὐδὲν μὴ χωνῆ ] nihil prætendi potest,  
 nulla excusatio præteti.

ἔσ' ἔλεγχον ] ad dicendam causam, ad  
 examen, ut coarguatur.

καθὰρξ ἑστῶς ] expedito & bellicoso  
 milite redeunte ad Araxem.

ἢ μάχη κατὰ τὸ καστρόν ] non aperto  
 Marte, non virtute & fortitudine, sed do-  
 lo & fraude filium meum interfecisti.

Ο 5 σωε.

σωῆχε δὲ] *conseruisse praelium. hē-*  
*ret pede pes, densusq; viro vir.*

κεφαλὴν ἐς τὸν ἄσκηρον] *ut Fulvia, An-*  
*tonij Triumviri uxor, Linguam ex capite*  
*Ciceronis resecto extractam, aciculis pu-*  
*pugit.*

κατὰ πλὴν κυρὸς τελευτήν ποδῶν λό-  
γων λεγομένων] *ut Xenophon scripsit, Cys-*  
*rum regem Persarum, domi suae placide*  
*mortuum esse, & Orationem gravissimam,*  
*ante mortem ad filios habitam, recitat, qua*  
*ad Iustitiam & modestiam eos hortatus*  
*est. Itaq; existimant aliqui, non Cyrum*  
*Persam, sed Cyrum Medum, Darij Medi,*  
*cuius in Daniele mentio fit, fratrem &*  
*successorem (cuius soror Mandane, Cyri*  
*Persae mater fuerit) à Tomyri Massage-*  
*tarum reginā interfectum esse. & huius*  
*exitium, propter nominis similitudinem,*  
*ad Cyrum Persam, ab Herodoto trans-*  
*latum esse.*

ASTYages rex Medorum, cuius historiam  
hoc libro Herodotus recitat.

|  
α

Cam-

Camby.—Mandane. DARIUS ME. CYRUS Me-  
ses Persa. | dus, quem à Xe- dus, frater et  
CYRUS primus Mo- nophonte Cya- successor Da-  
narcha Persarū, qui xarem nomina- rij Medi, qui  
Astyagē Medum, Cræ- ri Iosephus in- à Tomyri re-  
sum, & Babylonem nit. Hic annos gmā Massa-  
cepit. Et lecto Esaiæ natus 62. una getarum oc-  
vaticinio de se nomi- cum Cyro, soro- cibus esse pu-  
natim edito Esa. 45. ris filio, Persa, tatur.

proposuit Edictum, Regnum Babylonicum occupa-  
quo Iudæis in Baby- vit, occiso Baldasare. Daniel.  
loniâ captivis, redi- s. & ad veri Dei agnitionem  
tum in patriam, & à Daniele conversus est. Dani-  
facultatē instaurandi el. 6. Hic Zorobabelem in Iu-  
templi concessit. deam dimisit. 3. Esd. 4. 5.

Sub hoc jacta sunt fundamenta templi |  
anno 2 post reditū. Hic Cyrus placida Huius Darij  
morte decedit apud Xenopho. lib. 8. Medi filius fuit  
Priscus Artaxerxes ASSUE-

CAMBYSES Artossa—Hystaspes xerxes ASSUE-  
secundus rex | rus, sub quo  
Persarū, qui 3. DARIUS Hystaspis contigit historia  
2 Es. 4. Artaxerxes rex Persarum. Huius Espher. Huius Af-  
xerxes nomi- anno secundo, Aggeus sveri patruū à  
natur: probi. & Zacharias Prophe. Tomyri interfe-  
bet edificati- tæ populum ad instau- Etum esse. Mera  
onem templi. rationem tenpli ex- sthenes ostendit.  
Huius histo- hortari cæperunt, concedente rege Da-  
riam recitat rio. 1 Esd. 5. 6. Huius Darij electionem  
Herod. lib. 3. & res gestas Herodotus lib. 3. 4. 5. 6.  
copiose exponit. omci-

ὁμοίω τῇ Σκυθικῇ] *infra* μελλομα  
 ἀχμοφόροι] *hastas ferentes.*

σαγγύριαι νομίζοντες ἔχουσιν] *gladios  
 Scythicos, vel secures assueti habere.*

ἄσδαι] *cuspides telorum, pharetras,  
 μαχαλισῆσαι] lora, quibus sub a-  
 xillis pharetræ suspenduntur, & quibus  
 cervices equorum iugo alligantur.*

σώμια] *pars freni inserta ori, quam  
 equus mordet.*

φάλαρα] *Phaleræ, ornamenta capi-  
 tis. a κέφαλα.*

θύσσιμι] *Senes parentes μαλιαν-  
 tur, ut infra de Issedonibus narrat μελλομα  
 p. 120.*

Postquam verò nunc absoluta est CLI-  
 VS Herodoti interpretatio: capita illius  
 præcipua & observatu maxime digna, re-  
 petemus.

In omni enim cuiuscunq; autoris bo-  
 ni lectione, Tria præcipue studioso lectori  
 consideranda sunt: Primum, Doctrina de  
 Rebus ipsis, quas autor tractandas susce-  
 pit, in certos methodi locos distributa, ani-  
 mo complectenda: Deinde, Lectæ aliquot  
 & Insignes Sententiæ, tanquam Regulæ vi-  
 tæ, & consiliorum actionumq; normæ, edis-  
 cenda

eende sunt, Quas, ubi res ac usus postulat, dextrè ad propositum, in dicendo aut scribendo applicare possimus. Postremo, insignia Verba, Phrases, Figure & Ornamenta egregia notentur.

Præcipuè autem eminent in primo Herodoti libro, Duorum potentissimorum Asiæ Regum, CROESI Lydi, & CYRI Persæ Historiæ, quarum utranq; in locos Personarum: Natales, seu Maiores, Educationem, Studia, MORES, RES GESTAS præcipuè, & regni ac Vitæ Exitum distribuit: & aptissimis occasionibus, res Atticæ Pisistrati, Laconicæ Lycurgi, Persarum, IONVM, Carum, Babyloniorum Massagetarum, & aliarum gentium mores intexit.

Ad has classes seu metas historicæ narrationes pleræq; relatæ sunt, & finis ac exitus vitæ Cræsi ac Cyri uno versu indicatus. IRVS ET EST SVBITO, QVI MODO CROESVS ERAT. Nul- lus & est subito, qui modo Cyrus erat.

GNOMÆ verò & Regulae vitæ, inter cæteras insignes eminent: primum Solonis ad Cræsum concio de vita beata, omniumq; rerum humanarum incertitudine & in-  
constan-

constantiâ fortunæ, propter quam dici beatus ante obitum nemo supremaq; funera debet. Nemo igitur etiam Cræso opulenti- or, presenti fortunæ nimium confidens, superbe insoleat, sed Deum timeat, & modeste intra officij metas se contineat, nec stultâ cupiditate, iniusta vel non necessaria moveat, nam ima permutat brevis hora summis.

Altera vitæ regula, quam amissione regni Cræsus se didicisse profiterur, τὰ μοι παθήματα τὰ ἔοντα ἀχάριστα, μαθήματα ἐγόνει. καὶ λέγει τῶν ἐυδρωπηίων ἔστι περὶ γμάτων, περιφερῶν δὲ, ὅτι ἐὰν αἰετὸς αὐτὰς ἐτυχεῖν.

Talis cum sit fortunæ humanæ inconstantia, tantum iusta & necessaria modestè agas. Feceris haud quicquam, nisi quod fecisse necesse est.

De Veritate, insigne est, quod ait, apud Persas turpissimum fuisse Mentiri, Deinde æs alienum debere: quia necesse sit, eum, qui multum debeat, multum etiam mentiri.

Regis-

*Regula vitæ aulicæ in Harpagi histo-  
riâ ἄρεσος εἶναι παρ' ὅτι ἄρ βασιλευς ἔρδ' οἱ.  
Mibi verò placet, quicquid rex facit. Ne-  
cessaria est ista gratiarum actio, pro atro-  
cibus injurijs, hoc utiq; sortitis vitæ ge-  
nus, & ad regiam mensam adhibitis. Sic  
estur apud illos, sic bibitur, sic respondetur.  
Funeribus suis arridendum est.*

*De legitima regni appetitione in De-  
jocis vitâ ὁδὲ δὴ, οἷα μνεώμεν & ἀρχὴν  
ἰδίῃ τε καὶ δίκαι & ἦρ.*

*In Solonis & Cræsi colloquio Σκοπέει  
εἰρηχὴ πάντων & χήματων τῶν τελευτῶν  
καὶ ἀποθήσεται.*

*Deniq; in primâ statim paginâ, sex ar-  
tissimè inter se stipata noëmata, in Gygis  
& Candaulis colloquio notentur, σεο δέο-  
μαι μὴ δέομαι ὁμῶς. τίνα σκοπέειν τὰ  
ἑαυτοῦ, &c.*

*Ad verba, phrases, & proverbia no-  
bilia quod attinet, verbo δικαιοῶσε-  
pissimè utitur Herodotus, pro iustum putō  
seu iustum censeo, ut Paulus in doctrina de  
iustificatione.*

Phrasis

hrafis λύσαι νόμον Solvere legem, pro  
abrogare seu abolere, [quam Christus  
Matth. 5. Non veni solvere legem, usur-  
pat] aliquoties in Herodoto p. 6. & alibi  
repetitur.

Proverbia celebriora sunt, καὶ μὲν  
ἕκαστος p. 34. οὕτως πᾶσι βίβλιν ἀνθρώπων συμ-  
φορῆν. p. 6. νεόγανθ βίβλιν καὶ ταῦτα  
οἱ ἄνθρωποι μέλει. p. 7.

&c.

FINIS ANNO-  
tationum in librum  
primum.

Sequitur Argumentum  
Libri I I.

ARGV-

# ARGUMENTVM

210

## Libri Secundi

Herodoti.

**R**EGVLA vitæ, ad discipli-  
nam & mores recte guber-  
nandos utilissima, & iudicij  
divini norma immota, est hæc  
sententia, quæ in II. Herodoti  
Libro velut gemma emittet: τῷ μεγάλῳ  
ἐδικαστῆρι μὲν γὰρ εἰσὶν αἱ τιμωρίαι πρὸς  
τοὺς θεοὺς. Atrocia scelera atrocibus à DEO  
pœnis puniuntur. Cuius regulæ exemplum  
illustre Herodotus esse dicit, τῷ πάντοτε  
δεσπῶνι regni Troiani propter Paridis adul-  
terium eversi. Et omnium fere in toto  
mundo rerum gestarum monumenta tes-  
tantur, hanc sententiam velut commune  
omnium historiarum argumentum esse.

Etsi autem multa similes commone-  
factiones & exempla pœnarum ac iudicij  
divini [ quæ pars sunt Legis divinæ, &  
norma vitæ nostræ ] passim ceteris nar-  
rationibus ab Herodoto insperguntur, ta-  
men præcipuus Secundi Libri scopus &

P                      Summa

Summa est, ÆGYPTI descriptio: cuius regionis primum fines ac metas constituit, deq; ostijs ac exundatione & fontibus NILEI prolixè disserit. Deinde mores Ægyptiorum, & origins religionum Ethnicarum, & ritus sacrorum & numinum variorum, ab Ægyptijs acceptos, exponit. Tandem regum Ægyptiacorum seriem ac historias, ordine usq; ad Amasim deducit: adversus quem Cambyses Persarum rex bellum suscepit.

Nobis verò in ecclesiâ Dei, Lectio huius partis Herodoti eam ob causam gratior esse debet, quia vix alibi in vno scriptore Ethnico plures narrationes, cum sacra scriptura & Propheticis historijs congruentes, recitantur. Qui consensus sacre & Ethnicæ historiæ, non modo delectationem mirificam bonis mentibus adfert, verum etiam ad certitudinem assensionis & fidem propheticæ historiæ confirmandam plurimum prodest.

2 Paral. 35. & 4. Reg. 23. Neco Ægypti Rex scribitur conflixisse cum Iosia rege Iudæ. Huius Neco, & belli in Syria ab eo gesti, mentionem in hoc libro facit Herodotus.

Ierem

Jeremias cap. 44. Pœnam minatur  
Apryi regi Ægypti, à quo postea interfectus  
esse dicitur. Hunc Apryem Herodotus scri-  
bit, a suo præfeco Amasi, strangulatum  
esse; cum quidem tanta eius subergia fu-  
isset, ut diceret neminem Deorum aut ho-  
minum sibi regnum eripere posse.

De mirandâ liberatione Ezechie, ob-  
sessi Ierosolymis a Sennacherib, auduisse  
aliquid Herodotum apparet ex ijs, quæ de  
Sethone rege & sacerdote narrat, qui  
precibus se aduersus Sennacheribum de-  
fenderit, & cuius statua in templo posita  
est, cum hac inscriptione,  $\epsilon\gamma\ \epsilon\mu\epsilon\ \tau\epsilon\gamma\ \omicron\gamma\epsilon\omicron\upsilon\ \rho\epsilon\ \epsilon\upsilon\sigma\epsilon\ \beta\eta\epsilon\ \epsilon\sigma\omega$ .

In primis autem dignæ sunt considera-  
tu, in hoc secundo Herodoti libro, narrati-  
ones de Origine Religionum Ethnicarum,  
quæ perspicue demonstrant, doctrinam ec-  
clesiæ & religionem Christianam, omnium  
antiquissimam & primam, ideoq; verissi-  
mam esse.

Vetustissima in mundo oracula esse  
scribit Iouis Hammonis in Lybia, & Iouis  
Dodonæi in Græcia: quæ ambo a duabus  
columbis, ex Ægypto prouolantibus, mon-  
strata sint.

Hæc ex diluuij historiâ manasse, & à posteris deprauata esse, apparet. Non enim dubium est, Hammonis nomen ortum esse ab Ham filio Noë, qui Ægyptum occupauit; & Dodonæ nomen, congruit cum Dodanum filio Iauan, qui fortassis sedem familie & Ecclesie suæ, in ea Epyri collocauit. Virumq; autem nomen Hammonis & Dodanum extat Gen. 10.

Theogoniam Græcis primos condidisse scribit Hesiodum & Homerum, qui annis 400. se antecesserint. Floruit autem Herodotus tempore Xerxis & Artaxerxis circa annum mundi 3540. Recentissima sunt igitur religiones Græcæ, quæ circa annum mundi 3100 à Poëtis illis comprehensæ sunt literis, tempore Prophetarum Ionæ & Osæ, cum veræ Ecclesie doctrina iam ter mille annos in mundo propagata esset.

Circumcisionis etiam, in Ægypto & Palæstina usitata, aliquoties meminit, quâ à Deo, Abrahæ traditam esse, & a filiis Israël in Ægypto propagatam, sacræ literæ testantur.

Eò etiam maiori studio & voluptate hæc Ægypti descriptio à nobis cognoscenda est, quia sanctissimis Lumimbus ecclesie Dei,

Dei, Abrahæ, Iosephi, Iacob & ipsius posteris, & infanti Christo exuli, hospitium multo annos præbuit. Et in eduçãoe populi Israel ex Ægypto, Deus se multis illustribus testimonijs, & promulgatâ Lege in monte Sinaj, patefecit ante annos 3070. Hodie vero, etiamsi à Turcis Ægyptus tenetur (nam A.C. 1517. à Selymo Turcarum Imperatore occupata est) tamen in vrbe Alchair, tria adhuc Christianæ religionis templa supersunt, ex quibus vnum, virgini Mariæ dicatum est, quæ cum infante Christo, Herodis sæuitiam effugiens, eo in loco Ægypti in cryptâ scribitur latuisse.

Ut igitur hoc vetus hospitium Christi & Ecclesiæ Dei propius a nobis adspiciatur, diligenter hunc secundum Herodoti librum, qui totus in regionis & rerum Ægyptiacarum descriptione consumitur, cognoscamus. Quem Deo iuuante, hodie, hora prima, interpretari incipiam, & prælegam, vt hæctenus, singulis hebdomadæ diebus. Die & Ianuarij. Anno 1560.

## Thalia.

**I**n tertio Herodoti libro, qui hi-  
 storiam Cambysis & initia  
 D A R I I H Y S T A S P I S  
 continet, præcipue digna est  
 eruditorum & sapientum ad-  
 miratione, Deliberatio illa septem princi-  
 pum Electorum in Persia, qui post mortem  
 Cambysis, de formâ gubernationis & o-  
 ptimo Reipublicæ statu, sententias confe-  
 runt. In qua deliberatione dum Otanes,  
 Tyrannide vituperatâ, ἰσὸνοπιῶν suadet:  
 Megabyzus cōtra vulgi tyrannide explosâ,  
 ἀγῆς μεγατιῶν laudat: Darius verò, δυνασ-  
 τῆα Reipublicæ vtilissimam fore censet:  
 Omnes politiarum formæ, & omnium ci-  
 uitatum vitia & morbi, velut in Apelleæ  
 tabula depicti sunt.

In C A M B Y S I S historia, qui Æ-  
 gyptum monarchiæ Persicæ adiecit, & in-  
 felicem aduersus Æthiopes expeditionem  
 suscepit, multa tetræ immanitatis & fu-  
 rorum exempla recensentur. Interfecit is  
 fra.

fratrem Simerdin, Duxit sororem conjugem, quam ex se gravidam postea interfecit. Reprehensus à Prexaspe propter ebrietatem, filium Prexaspis ebrius telo ictum, interemit. Hi furores, ut maiori curâ nos à Deo regi petamus, admonent, & simul potentiam Diaboli in summo generis humani fastigio demonstrant. Suntq; eo magis deplorandi, quod nemo monere potentes reges, vel obiurgare solet, ut furere desinant. Cum de sorore ducendam Cambyses ex Iureconsultis suis de iure sciscitaretur, respondent illi: Nullam se legem habere quæ expresse hoc concedat: sed aliam Legem se inuenisse, quod Liceat regem Persarum facere quidquid velit.

Cum ex consularijs suis quæreret, Anni patri similis esset: Hi lougè eum patri antefecerunt, propterea quod Ægyptum regno Persico adiecisset, Cræsus verò nondum patri similem esse dicit, quia nondum talem filium, qualem Cyrus Cambysen, reliquerit. Quæ figurata reprehensio plus adulationis habebat, quam cæterorum prolixæ laudes.

P 4

Intex.

Intexta est quoque Cambysis historia, narratio belli Samii, & oratio filiae Perisandri ad fratrem φιλοτιμικῆς καὶ σκαυῶς. καὶ τὸ κακὸν τοῦ κακῶς ἰῶ. & memorabile exemplum inconstantiae fortunae, in Polycrate Samiorum Tyranno, qui cum longo tempore successibus felicissimis usus esset, & nihil plane adversi posse sibi accidere putaret, tandem cruci affixus est.

DARIUS vero HYSTASPIS historia, eadem etiam nobis gratior futura est, quod crebra ipsius in Esdra, & Aggæo, & Zacharia Prophetis, mentio fit. Nam hic Darius renovavit edictum Cyri, de aedificatione Ierosolymæ, & Templi [quod anno regni ipsius sexto, Mundi vero 3448. absolutum est. 1. Esd. 6.] & singulari munificentia ecclesiam Dei & gentem Iudaicam fovit. Aliqui etiam fuisse hunc maritum Hester seu Hadassæ, ut in Ebræo nominatur, neptis Mardochei, quam in hoc Herodoti libro Atossam nominari existimant. Hæc consideratio, non minore voluptatem studiosis librorum Prophetico-rum fortasse allatura est, quam enumeratio provinciarum Monarchiæ Persicæ.

&

& redituum annuorum, & Auri Indici,  
 quod a formicis custodiri scribit, & Ara-  
 biae felicitis descriptio, & Ianati a Demo-  
 cede medico pedis Darij, & Babylonis a  
 Dario receptae ind. striâ & fide Zopyri,  
 cuius laudatione tertium librum Herodo-  
 tus concludit. Incipiam autem tertij libri  
 interpretationem, hodie hora pri-  
 ma, V I I I. Maij. Anno  
 M. D. LX.



P 5      FN

# In Melpomenen

## Herodoti.



